



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



296

BL-1-501



6/10 (148)

**BABPIOY MYΘIAMBOI.**

---

**BABRII FABVLAE IAMBICAE.**

PARISHS.—EXCUEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES,  
INSTITUTI REGI FRANCIE TYPOGRAPHI, VIA JACOB, 56.

BABPIOY MYΘIAMBOI.

†  
BABRII

FABVLAE IAMBICAE CXXIII

IVSSV

SVMMI EDVCATIONIS PVBLICAE ADMINISTRATORIS

**ABELI VILLEMAIN**

VIRI EXCELL.

NVNC PRIMVM EDITAE

†  
IOH. FR. BOISSONADE LITT. GR. PR.

RECENSVIT LATINE CONVERTIT ANNOTAVIT



« Πολλὰ ἐν αὐτοῖς ἐσπούδασται ».  
*Julian. Cæs.*



PARISIIS,

APVD FIRMIN DIDOT FRATRES,

VIA JACOB, 56.

—  
MDCCCXLIV.







**ABELO VILLEMMAIN V. EXCELL.**

**PARI FRANCIAE**

**SVMMO EDVCATIONIS PVBLICAE ADMINISTRATORI**

**QVAS MIHI COMMISIT EDENDAS**

**BABRII FABVLAS**

**VT POTVI DILIGENTISSIME PRO TEMPORIS ANGVSTIIS**

**ET DOCTRINAE TENVTATE RECENSITAS ET EDITAS**

**REDDO DO DEDICO**

**FVTVRAS**

**OBSERVANTIAE SVMMAE**

**ATQVE**

**PROMPTISSIMI OBSEQVII**

**TESTIMONIVM.**





## EDITORIS PRÆMONITIO.

De Babrii Fabulis in monasterio Montis Atho repertis multus est ab anno et amplius sermo inter Europæ cives eruditos.

Quis illas invenerit, et ubi, brevissime narrabitur.

Eruditionis antiquæ promovendæ causa, Summus Educationis Publicæ Administrator, *Ab. Villemain*, V. Excell., in Græciam ante annos quatuor K. Μινωτῆδην Μηνᾶν misit, codices manuscriptos investigaturum antiquitate insignes et integritate, ineditos præsertim quos nomen auctoris commendaret, aut ætas, aut argumentum. In primis est Μηνᾶς tali par negotio, homo et Græcus et doctus. Namque fuit olim Serris in schola patria philosophiæ professor ac rhetoricæ; et ex quo, relicta Macedonia, Parisiis habitat, libris ostendit non paucis quantum in literis valeat.

Codices Μηνᾶς, dum literariæ legationis officium obiret, plurimos inspexit, excerptis, descripsit, quorum recensum ab ipso institutum legere<sup>(1)</sup> pretium erit ope-

(1) Reperitur in Conspectu Bibliographico Milleri et Aubenatis vv. dd. t. 5, p. 80. Unam obiter de uno codice animadversionem addere lubet obiter. Tertius codex huiusce designatur verbis : « Quelques maximes d'Esopé inédites et inconnues jusqu'à ce jour. Manuscrit sur parchemin qui date du X<sup>e</sup> siècle, et se compose de 40 pages in-4°. Ces maximes sont en petit nombre; quelques-unes ont conservé la mesure lyrique; dans les autres la mesure a été rompue par les copistes : mais on peut encore y distinguer le rythme poétique. Le même man. contient quelques autres maximes dont plusieurs inédites, d'Hippocrate, d'Hermippus, d'Evagrius, de Démocrite, de Sextus, d'Isocrate et des Pères de l'Eglise ». In illo codice quem mecum communicavit humanissime vir d., nihil est lyrici, quod moneo ne fragmentorum eruditissimi collectores thesaurum reperisse se putent, atque disjecta Alcæi, Sapphonis, Ibyci, Stesichori membra ibi latere arte sua concinnanda. Codex ille,

ræ, quamvis careat (fabor enim libere quod sentio) ea narrandi diligentia et accurata auctorum ac librorum notitia, quæ relationum id genus fidem augent et utilitatem. Sed Græci homines diffusam illam occidentalium eruditionem nondum æmulantur, quibus nihil negligitur, ne ea quidem quæ minima sunt aut esse videntur. Ceteros inter codices eminet maxime Babrianus, quem Μηνᾶς in Bibliotheca Sanctæ Lauræ Montis Atho (1) reperit, imo detexit, atque de latebra pædore plena ac sordibus marcentem extraxit fœdumque. Qua de re mihi benignissime utendam permisit et describendam diarii particulam, eamque in imo margine appono (2) ipsis ejus

qui paginis constat 48, continet Georgidæ, nec prorsus evanido monachi nomine, Gnomologium, quod ante annos hosce quindecim primo Anecdotorum Græcorum inserui volumini. Libro Parisiensi multum præstat quo ad editionem meam sum usus; sed est magna sui parte mutilus, quippe qui desinat, media litera *my*, in verbis ὀλιγοχρόνιος θάνατος mihi p. 59. Nonnusquam in commentario Babriano codicem Georgidæ novum ad partes vocavi.

(1) De Montis Atho monasteriis, et peculiariter de S. Laura, prodiit nuper in Conspectu Bibliographico Milleri v. d. t. 4 et 5, narratio a Braconnerio Loyolita Patre scripta a. 1706, monachicis quidem ineptiis scatens, sed ex qua tamen plurima tollere possis. Videtur non nitidissima vel sua vel librarii manu usum fuisse; unde irrepererunt menda nonnulla non mediocria, hocce, verbi causa, t. 4, p. 949: Apostolorum hospitium « qu'on nomme dans le pays *quierasia*, à cause de la « grande quantité de couriers qui sont en cet endroit ». Corrigendum suspicor, « *querastia* » (κερασία), et « cerisiers ». Quod firmatur Jo. Comneni Descriptione Montis Atho p. 458: κατὰ δὲ τὸν δρόμον, ὅπου ὑπάγει ἀπὸ τὴν ἁγίαν Ἀνναν πρὸς τὸ μοναστήριον τῆς ἱερᾶς Λαύρας τοῦ ὁσίου Ἀθανασίου εὐρίσκονται. . . ἡ κερασία ὅπου καὶ παρακλήσιον τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Rursus t. 5, p. 60: Monasterium τῆς Μεταμορφώσεως « est situé au milieu des montagnes à une bonne portée de mousquet du « bourg ». Legendum videtur « portée de mousquet ».

(2) « L'histoire du manuscrit, qui contient les Fables d'Ésope versifiées par Babelébrias [vid. p. 2], est celle-ci. Dans le couvent de *Laura*, à Mont-Athos, il y a deux bibliothèques, une petite et une grande. La première contient des manuscrits tout à fait abandonnés et jetés pêle-mêle, la plupart pourris par l'humidité et les ordures des animaux, au point que les Vies des hommes illustres par Plutarque, ouvrage manuscrit dont l'Allemand Zacharias parle dans le traité de son voyage qu'il fit il y a huit ans au Mont-Athos, manuscrit alors complet, je l'ai trouvé tout à fait abîmé; il n'avait plus que dix cahiers; en grande partie les feuilles étaient collées et pourries. Tous les autres manuscrits étaient dans un état pitoyable. Je travaillai dans cette bibliothèque quinze jours, accompagné d'un diacre, nommé Gabriel, en

verbis, quæ maluit adhibere gallica ; equidem græca maluissem. Est enim Μηνᾶς orationis græcæ artifex eximius. Quod quam vere dixerim monstrat Προθεωρία præmissa Galeni libello de Dialectica, quem nuper edidit typis Didotianis, dialecticus ipse valentissimus.

Dolendum est Babrianum librum tam feliciter inventum non exportatum fuisse Parisios. Sed οἱ ἀγορεύται pretium poscebant immane, et describere Μηνᾶς necesse habuit quem non potuit emere. In novam vero legationem profectus, vel mox profecturus, sibi illum comparare πάση μηχανῇ, τούτέστι πάση τιμῇ, conabitur.

Interim apographo usus, Babrium eo mihi videor modo recensuisse, ut pauci supersint loci in quibus lector hæreat, græce doctus, et satis literatus. Atque magnam ingenii et elegantiae famam, quam Babriano nomini fragmenta brevia et numero exigua conciliaverant, augebunt multum (id enim fiducia habeo) maxi-

feuilletant tous les manuscrits, que j'ai nettoyés autant qu'il m'était possible ; et j'ai mis des étiquettes et des numéros à ceux qui m'ont paru de quelque intérêt. Il y avait un plancher, qui occupait la moitié du parterre de la bibliothèque, en forme d'un sofa. Les planches d'au-dessus étaient mouvantes, et le devant du plancher ouvert ; l'au-dessous était plein de poussière et des ordures d'animaux. Ayant examiné tous les manuscrits, je me suis fourré sous le plancher, malgré la résistance des moines, qui s'y trouvaient. Ils me disaient qu'il n'y avait rien, et que je me salirais inutilement. Cependant j'en ai extrait quinze manuscrits : un Denys d'Aréopage, grand in-8°, *membr.*, avec des notes abrégées sur les marges ; un autre, Histoire des animaux, par Elien, incomplet et pourri vers la fin, *chartaceus* ; et autres treize encore, parmi lesquels se trouvait le manuscrit en question, abîmé vers le commencement et vers la fin. La dernière feuille était un lambeau, qui contenait les six derniers vers ; le verso était embloqué d'un papier collé et pourri. La première partie de ce manuscrit contenait les Histoires fabuleuses dont saint Grégoire de Nazianze fait mention dans quelques-uns de ses discours. La partie suivante contenait [les Fables] en quatre-vingt pages in-8°, de la même grandeur que la copie que j'eus l'honneur d'envoyer à M. le Ministre [altitudo apographi est cm. 18 ; latitudo cm. 13] ; plusieurs de ses feuilles étaient réécrites. L'écriture m'a paru être du X<sup>e</sup> siècle. Le *τ* n'y était pas souscrit sous les voyelles *α η ω*, mais placé du côté droit : par exemple, *α η ω*, pour *α η ω*. Toutes les affabulations étaient en lettres majuscules. Il y avait plusieurs mots, dont quelques lettres étaient effacées, que j'ai déchiffrées et transcrites avec beaucoup de peine ».

namque facient fabulæ novæ numero centum et viginti tres; grande opus, unde ars poetæ et orationis scitus lepos recte queunt æstimari. Neque illi poterunt nocere rari versus, de quorum scriptura dubitabit lector criticus, quos sanabit forsā felix divinatio, vel codex alius.

Exspectandum enim trium saltem codicum auxilium.

Emetur codex Sanctæ Lauræ, vel poterit diligenter, data occasione, cum editione conferri.

Exstitit in bibliotheca Sanctæ Mariæ Grottæ Ferraræ, haud procul Tusculo, codex sæculo undecimo ineunte exaratus, in quo P. Romolinus inter varia opuscula mythica vidit triginta fabulas Æsopias « versibus iambicis vel potius scazontibus » ligatas. Romolini verba dissertissima reperire est in Noribergensibus Murrii Ephemeridibus, ann. 1789, unde fuerunt exscripta ab Harlesio in Bibl. Græca, t. 1, p. 635, qui Babrii versus esse nullus dubitat; ex Bibliotheca Gr. illa repetunt Schwabius Notitia de Phædro, p. 60, Knochius Editione Babrii, p. 25. Rogatus a me *Ab. Villemain*, vir excell., inquiri curavit de eo codice; et responsum tulit fuisse circa finem sæculi superioris a bibliotheca Mariana Grottæ Ferratæ ablatum. De loco in quem sit translatus nunc fit investigatio.

Tertius exstat in Hispania codex, b. Knustio inspectus, quemque se *forsan* descripturum esse dicebat literis ad Pertzium virum eruditiss. Matrito datis d. 24 febr. a. 1841, paucis ante mortem mensibus; nam Parisiis diem supremum obiit vir desid. d. 9 m. octobris ejusdem anni. Certior autem factus sum, Babrii causa, etiam mei, quæ est viri d. humanitas magna, Pertzium Knustianas schedas sedulo esse pervolutaturum; et, si quæ reperientur ad Babrium pertinentes, mecum communicatum iri.

Non deerunt igitur auxilia critica. Quod si menda remanserint nullo pacto emendabilia (verbi causa, spondæi τε ζῶν τὸ ζῆν male inlati quartæ sedi), poetæ ipsi vertentur vitio; quidni? peccant poetæ vel optimi; peccaverit græce scribens homo latinus. Nam poetam cui nomen Babrio, Valerio Babrio, natione et lingua latinum esse opinor.

Quæ si me non fefellit opinio, jam fit manifestum non vixisse Babrium eadem qua Bion et Moschus ætate; qua ætate homines latini græcos versus non faciebant. Censuerunt alii Babrium circa Augusti ævum floruisse, quos argumentis usos fuisse speciosioribus quam validioribus ostendit Knochius vir doct., quem non exscribo. Exscribam in transcurso hominis literati verba, in quæ nuper incidebam: « Babrias, auctor græcus, Augusti ætate « vixisse videtur..... Videtur ejus fabularum usus apud « Romanos fuisse frequentissimus. Suadebat Seneca « amico suo Polybio, Consol. 27, illas latine converteret; « et Quintilianus, Instit. I, 9, pueros jubebat inter legendum versus solverent. » Quæ si reapse dixerunt Seneca et Quintilianus, tantæ testes auctoritatis, nullum jam potest esse dubitationi locus. Sed est de Babrio altum Quintiliani ac Senecæ silentium; quique talia tam secure ac fidenter effudit, tota pronuntiandum est erravisse via.

Suam ipse Babrius indicavit ætatem Procæmio altero ante literam my, libellum donans novum filio βασιλέως Ἀλεξάνδρου, regis, immo imperatoris, Alexandri; quem filium Fab. 74, et Procæmio priore Branchum nominavit. Ad hunc locum monui, sed dubitanter, posse Alexandrum Severum intelligi. Atque quod narratur, Fab. 57, de Arabibus, quos mortalium mendacissimos expertus sit, in hominem non male cadit qui cum Brancho, filio Alexandri Syri, Syriam habitaverit. Qui nove-



rit istis meliora atque impertietur, ex facili me docilem et sequacem habebit.

Addidi ex Knochiano Syntagmate fragmenta choliambica Babriana, ex plurimis paucula: ea videlicet quibus in novis fabulis sedes non data fuit; versibus omnino neglectis, quos ex prosa fabulorum oratione excitavit ars criticorum, quamvis non raro sint probabilissimi: carent enim auctoritate. Apprime noverunt qui hæc nostra studia tractant, quam sæpe restitutiones quas vocant locorum et emendationes, ipso commentatorum periculo intrepida mente prolatae, fuerint codicis novi lectionibus apertissime confutatae.

Parisiis, a. d. X cal. oct. XLIV.



**ΒΑΒΡΙΟΥ**

**ΜΥΘΙΑΜΒΟΙ ΑΙΣΩΠΕΙΟΙ.**

---

**BABRII**

**FABULÆ ÆSOPIÆ METRO IAMBICO.**



---

# ΒΑΒΡΙΟΥ

## ΜΥΘΙΑΜΒΟΪ ΑΙΣΩΠΕΙΟΙ

ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ.

ΣΤΙΧΟΙ ΧΩΛΙΑΜΒΙΚΟΙ.

---

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Γενεὴ δικαίων ἦν τὸ πρῶτον ἀνθρώπων,  
ὦ Βράγγε τέκνον, ἦν καλοῦσι χρυσεΐην.

Consuetudini parens edidi Βαβρίου. Sed apographum a Μινωτῇ Μηνῇ scriptum, quod deinceps brevitatis causa litera A designabitur, exhibet Βαλεβρίου. Correcta magis scriptura codicis Harleyani apud Tyrwhittum Dissertatione Babriana p. 69, Βαλερίου, superscripto Βαβρίου. Suidæ quidem, a quo sæpe fuit ad partes vocatus, passim dictus est Βάβριος, simul et semel Βαβρίας, loco quem describere est operæ pretium: Βαβρίας ἢ Βάβριος· μύθους ἢ τοι μυθιάμβους· εἰσὶ γὰρ διὰ χωλιάμβων ἐν βιβλίοις· οὗτος ἐκ τῶν Αἰσωπείων μύθων μετέβλεν ἀπὸ τῆς αὐτῶν λογοποιίας εἰς ἑμμετρα, ἤγουν τοὺς χωλιάμβους. Nulla codicum Suidæ memorata fuit circa id nomen varietas. Et Βάβριος vocatur ab Etymologici M. auctore in ὁμοῖς et πε-

πρωμένον· a Tzetza Chil. VIII, 505, XIII, 257, Βαβρίας, et incerto nominativo XIII, 592: Τοῖς μύθοις τοῖς Αἰσώπου τε καὶ στίχοις τοῦ Βαβρίου. Zonarae, sub Ἦτα, scriptura Βάμβριος in Βάβριος reformanda est ex Anecdotis Parisiensibus Crameri t. 4, p. 139, 26. Et Avianus etiam præfatione Babrium laudavit. Quum sit Babrius nomen latinum, ex inscriptionibus notum, quas, post Canegieterum, collegit Knochius editione Bahrii p. 12, fere crediderim, quæ est X. Bergeri opinio, quam et Hasio viro doct. probari intellexi, fabulatori nomen fuisse Valerio Babrio. Quod si ut nomine et gente latinus fuerit, potuit græca oratione uti, quæ et probabilis esset, elegantissima quoque. Similia non desunt hominum exempla utrius-

---

# BABRII

## FABULÆ ÆSOPIÆ METRO IAMBICO,

SECUNDUM LITERARUM ORDINEM.

### VERSUS CHOLIAMBICI.

---

#### PROOEMIUM.

Principio progenies justorum fuit hominum, o Branche fili, quam vocitant auream ..... Tertia post illas quædam ex-

que linguæ doctorum.— In A quidem est μῦθοι, sed me monuit Μηνᾶς serius vidisse se codicem obscure quidem, sed certissime μυθίαμβοι nomen tenere. Quod statim recepi, quum id nominis et loco Suidæ, quem modo allegavi, plane confirmetur, et alio Tzetzaë Chil. XIII, 257: ὥσπερ Βαθρίας γράφει Ἐν μυθιάμβοις τοῖς χωλοῖς, οὐ τοῖς λάμβοις λέγω. Vide Knoch. Babr. p. 15, 17.

1. De aurea ætate Hesiodus E. 109: Χρῶσεν μὲν πρῶτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων Ἀθάνατοι ποίησαν. Ovidius: « Aurea prima sæta est ætas. »

2. Βράγχε τέκνον) quem nominat et Fab. 74, 15; non nominatum compellat vocativo παῖ Fab. 18, 15; 72, 28. An ad suum ipsius filium orationem direxerit iis locis poeta dubito ob pri-

um versum fabulæ 108, seu proemii potius literæ M : ὦ παῖ βασιλέως Ἀλεξάνδρου. Quærenti quis sit ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, remoto illo Macedone rege, succurrit imperator Alexander Severus. Ipsi enim esse potuit filius nothus, qui vocatus fuerit Branchus; idque convenientissime, scilicet natus forsan in Syria, forsan matre syra, certe syro patre, qui ante imperium gesserat Solis sacerdotium, et filium, nomine tali dato, quasi tutelæ Apollinis Branchii commendare sibi videbatur. Quæ conjectura hactenus non displicet Hasio viro eruditissimo. Jam erit τέκνον, παῖς, appellatio caritatis, qua usus fuerit magister in discipulum, affectu cum tenero. Libanius t. 3, p. 444 : εἰσὶ μοι παῖδες· οὕτω γὰρ καλὸν ὀνομάσαι τοὺς τῆς συνου-

- Τρίτη δ' ἀπ' αὐτῶν τις ἐγενήθη χαλκείη,  
 μεθ' ἣν γενέσθαι φασὶ θεῖαν Ἡρώων·
- 5 πέμπτη, σιδηρᾷ ρίζᾳ καὶ γένος χεῖρον.  
 Ἐπὶ τῆς δὲ χρυσῆς, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ζῶων  
 φωνὴν ἐναρθρον εἶχε καὶ λόγους ἤδει·  
 ἀγοραὶ δὲ τούτων ἦσαν ἐν μέσαις ὕλαις.  
 Ἐλάλει δὲ πέτρα καὶ τὰ φύλλα τῆς πεύκης·
- 10 ἐλάλει δὲ δελφίς, Βράγχε, νηῖ καὶ ναύτῃ·  
 στρουθοὶ δὲ συνετὰ πρὸς γεωργοὺς ὠμίλουν·  
 ἐφύετ' ἐκ γῆς πάντα, μηδὲν αἰτούσης·  
 θνητῶν δ' ὑπῆρχε καὶ θεῶν ἐταιρείη.  
 Μάθοις δ' ἂν οὕτω ταῦτ' ἔχοντα καὶ γοίης
- 15 ἐκ τοῦ σοφοῦ γέροντος ἡμῶν Αἰσώπου,  
 μύθους φράσαντος, τῆς ἐλευθέρας μούσης.

σία; ἀπολελαυκότας. Joannes Hieros. Vita Joannis Damasceni p. 240 : οἱ φιλοσοφίαν ἐκμελετήσαντες τέκνα τεκεῖν διὰ φιλοσοφίας τε καὶ μυήσεως ποθοῦσιν. Barnabas, qui fertur, initio Epistolæ Catholicæ : « avete, filii et filiae ». Ac discipuli magistrum patris nomine compellabant. Vide Menard. ad Barnabam p. 81; Elsner. ad Matthæum 11, 19; Wolf. ad Libau. Epist. 285, 8; Fabric. ad Marin. p. 127; Wyttenb. ad Eunap. p. 261. Addam in Aviani præfatione codices duo pro « Babrius » exhibere « Brachius », quod mendum, etsi esse fortuitum videatur, fuit tamen memorandum.

3. Α, τῆς. Scribendum mihi fuit τις. — Fit saltus a prima ætate aurea ad tertiam, secunda omissa, librario, puto, negligentius properante. Est ἀπ' αὐτῶν, τῶν γενεῶν scilicet, intelligendum, non ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων. Ovidius : « Tertia post illas successit abenea proles »; qui non neglexit secundam :

« subiit argentea proles, Auro deterior ». Hesiodus "E. 126 : Δεύτερον αὐτὲ γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν Ἀργύρεον ποίησαν tum v. 142 : Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων Χάλκειον ποίησ', οὐκ ἀργύρεον οὐδὲν ὁμοῖον.

4. Α, γενέσθαι φασι) Post tertiam ætatem fuit Heroum quarta, de qua siluit Ovidius, Hesiodo memorata "E. 156 : Αὐθι; ἐτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ Ζεὺς Κρονίδης ποίησε δικαιοῦτερον καὶ ἀρειον, Ἀνδρῶν ἡρώων θεῶν γένος, οἳ καλεῶνται Ἡμίθεοι.

5. Α, μεμπτή. Correxi πέμπτη, quod postulat sententiarum nexus. Hesiodus πέμπτον γένος describit "E. 172 : Μηκέτ' ἐπειτ' ὤσειλον πέμπτοισι μετεῖναι Ἀνδράσιν. . . Nūn γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον. Ovidius : « De duro est ultima ferro »; quæ ipsi est quarta. Auctorem fere puto scripsisse σιδηρῇ ipsum. Sed reliqui quod reperi in Α. Quum variabitur, ionismum eligam.

titit ænea, quam excepisse narrant divinam aliam, Heroum.  
Quinta, ferrea radix fuit pejusque genus.

Aurea in ætate,..... et animalia cetera vocem habebant articulatam sermonibusque utebantur; et illorum erant fora silvis in mediis. Loquebantur et lapis abietisque folia; loquebatur delphinus, Branche, navi ac nautæ; colloquebantur passeret intelligentes cum agricolis. Ex tellure nascebantur cuncta, nihil ipsa poscente; mortalesque inter ac deos vigeat sodalitas.

Hæc autem discas sic habere se ac cognosces ex sapientis senis nostri Æsopi fabulas enarrantis libera musa.

6. A, ἐπὶ τῆς δε σῆς, deleta syllaba. Quo in loco quum valde trepidaremus ego et homo aliquis doctus, statim vidit Dübnerus vir in hac arte critica consummatissimus legendum esse χρυσῆς, quod adeo verum est ut nihil sit verius; et ita scripsi, posito in δε accentu. Jam, ni mutantur verba τὰ λοιπὰ, patet periisse versus hujus finem, cum initio sequentis, cujus erit clausula, καὶ τὰ λοιπὰ τ. ζ. Cogitabam de corrigendo, καὶ τὰ φύλα, καὶ τὰ πολλὰ, vel τὰ πλεῖστα τ. ζ., sed est nimia literarum in utroque nomine differentia.—A, ζῶων. Scripsi ζῶων, quod fere semper A exhibeat φ, ut et in σῶος, σῶζω. Quæ scriptura, quamvis eam plurimi editores negligant, est optima, fuisseque reprehensione dignus, si a codice recessissem. Vide Knochium ad Babrium pag. 57.

9. Τὰ φύλλα τῆς πεύκης.) Loquitur abies Fab. 38, fagus Fab. 36. Phædrus Prologo primo: « Quod arbores loquan-

tur, non tantum feræ. » Loquuntur in Aviani Fabula abies et dumus. Vide Rigalt. ad Phædr. l. l.

10. A, ἐλάει δὲ πόντιος ἰχθύς, Βράγχε, νηὶ καὶ ναύτῃ. Proponit vir d. versum legere, deleto nomine Βράγχε. Sed pes quartus ita esset læsus, ut non posset incedere. Nulla est causa cur scripsisset nomen Βράγχε librarius non repertum; potuit imprudens male repetere verbum ἐλάει. Forsan inde legendum: Καὶ πόντιος ἰχθύς, Βράγχε, νηὶ καὶ ναύτῃ. Verbo iterato sententia non indiget. Vel latet piscis nomen cujusdam proprium, cujus glossa πόντιος ἰχθύς e margine sibi viam fecerit et sedem non suam occupaverit. Hocque mihi visum est illo probabilius, scripsitque δελφίς, de ipso tamen vocabulo multum incertus, quum fabulam non meminerim, in qua delphinus et navis nautæque fuerint inter se loquuti.

12. Ovidius Metamorphos. primo in descriptione ætatis aureæ: « Mox etiam

Ὡς νῦν ἕκαστον ἂν θείης ἐν τῇ μνήμῃ,  
 μελισταγές σοι νῶ τὸ κηρίον βῆσω,  
 πικρῶν ἰάμβων σκληρὰ κῶλα θηλάσσαι.

fruges tellus inarata ferebat, Nec renovatus ager gravidis canebat aristis ».

15. Γέροντος ἡμῶν) Phædrus 5, 7, 32: « homo meus se in pulpito Totum prosternit. » Ibi Schwab. Et Phædro non semel Æsopus dictus fuit senex; 2, Prol. 8: « morem servabo senis ». Vide Schwab. ad 3, 19, 11. Idque non tam ratione ætatis, quam propter doctrinam ac magisterium. Sic « Callimachus senex » in Statiano Stellæ Epithalamio. Sic passim Hippocrates vocatur senex.

17. Α, ὦν νῦν ἕκαστον ἂν θείης ἐμῇ μνήμῃ. Μηνᾶς proponit τῇ μνήμῃ, maluit ἐν τῇ. Et ὦν in ὡς mutavi. Sic connectitur probabiliter sententia sequentis versus. Theodorus Prodromus Rhodante simili sæpius utitur syntaxi: Ὡς ἂν λάθοι Δρύαντος ἡ παροιμία, p. 62; ὡς ἂν Βρυάξης ὁ κρατήσας θεσπίσσι, p. 313; ὡς ἂν Δοσικλῆς τῶν τεθέντων ἐκράτοι, p. 354. Babrius F. 59, 12: ὡς ἂν βλέποιτο. De quantitate syllabæ primæ vocabuli θείης sit lector securus. Est τοιοῦτον amphibrachys F. 28, 7, et sic ποιητὸν F. 1, 8; προσποιηθεὶς epitritus secundus F. 97, 2; προσποιητὰ ditrochæus F. 103, 5. Cf. F. 24, 3. Et Reisigium memini contra metricos eosque principes, Porsonum et Hermannum, iambum πλείων defendere. Potuit servari ὦν scripto ἐνθείης. Sed votum tam disertum de retam tenui valde displicebat.

18. Μελισταγές τὸ κηρίον) Christodorus Descriptione statuarum de Homero 343: Πιερικὴ δὲ μελίσσα περὶ στόμα θεῖον ἀλᾶτο Κηρίον ὠδίνουσα μελισταγές.

19. Α, θηλάσαι. Suidas verbum habet θηλάσαι, sed sine exemplo, cum acuto tono. Et Hesychio sic scriptum est θηλάσαι sub Θῆσαι. Circumflexum est θη-

λάσαι, ab eo qui syllabæ cavebat. Putavi, quum θηλάσαι metro noceat, scribendum θηλάσσαι. Sic duplicavit sibi-lum poeta in ἀμέσσω Fsb. 107, 7; in ποσσίν F. 45, 11; et c. Major est sententiæ quam scripturæ difficultas. Mellifluum favum vocari puto narrationes ipsas, quæ dulci et amena novitate amarus condient iam-bos et asperos. Sed miror Babrium fabulatorem, amarus dicentem suos iam-bos, alterum velut Archilochum. Atqui si sunt amari, certe non erunt puero. Nam hanc esse Branchi ætatem ex verbi θηλάζω metaphora conjicio ac memoriter discendi præcepto. Amari ut maxime lectoribus videbuntur gravioris ætatis, qui « suspicione errantes sua ad se rapient quod fuerit omnium commune ». Ac prologo altero Fab. 108, rursus τῶν ἰάμβων τοὺς ὀδόντας ἡγεί, quod est probabilius dictum. Addam inesse videri in πικρῶν ἰάμβων et μελισταγές κηρίον recordationem quamdam sententiæ veteris, τῆς παιδείας τὴν μὲν ῥίζαν εἶναι πικρὰν, τὸν δὲ καρπὸν γλυκύν, quam Isocrati tribuunt Hermogenes Prog. c. 3, p. 22, Libanius in Chria t. 4, p. 867, reperiunda et in Theonis antiquis editionibus, Camerariana v. c. p. 129; Demostheni Arsenius Viol. p. 190, Antonius Monachus S. 50 ed. lat. p. 180; Aristoteli Diogenes Laert. 5, 18; Democrito Gnomologus ap. Menag. ad Diog. l. 1; Catoni Diomedes ibid.; Tullio Jul. Rufinianus, ubi Ruhnk. p. 211. Demosthenem auctorem nominat et anonymus in codice 1168: Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ τὴν μὲν ῥίζαν τῆς παιδείας ἔφη εἶναι πικρὰν, τοὺς δὲ καρποὺς γλυκαῖς. Respectu ad illud nobile dictum Gregorius Nyss. t. 3, p. 315 B: Οὐ γὰρ εἰσιν αἱ ῥίζαι τῆς

Ut nunc unumquodque mandes memoriæ, mellifluum  
tuæ menti favum apponam, qui amarorum queas iamborum  
aspera cola sugere.

παιδείας γλυκεῖται, ἀλλὰ πικραὶ, καρπὸν δὲ  
εἰς ὕστερον βλαστώνουσι κηρίων ἡδύτερον.  
Hieronymus Rustico Epistol. Sel. I. 2,  
p. 313: « gratias ago Domino quod de  
amaro semine li'erarum dulces fructus  
carpo ». Lupus Ferrar. Epist. 1, extr.:  
« meque rimantem amaras literarum ra-  
dices earum jam jucundissimis replete  
fructibus ». Vide et not. ad Herodiani  
Epimerismos p. 53, 293. Vulgatio  
etiam est mellis mentio in oppositione  
amari saporis. Photius Epist. 1, § 91:  
Οὐτε γὰρ τὰ δριμύτερά τῶν φαρμάκων  
ἀνευ μέλιτος τοῖς κάμνουσι προσάγειν  
ἐγνώκασιν οἱ ἱατροί. Cf. Gregorius Naz.  
Or. 37, p. 607 D; Synesius De regno  
p. 2 B. Locos veterum plurimos apposui  
ad Zachariam Mityl. p. 396. Inter simi-  
les recentiorum locos eminent suavis-  
simi Tassi versus initio Gerus.: « Così  
all'egro fanciul »..... Quos notissimos  
transcribere supersedeo. Absurdissi-  
ma est Chesterfieldii de eis sententia  
Epist. 217: « The image, with which he  
adorns the introduction of his epic  
poem, is low and disgusting; it is that  
of a froward, sick, puking child, who  
is deceived into a dose of necessary  
physic by *du bonbon* ». Quis credat  
tam tenera vocabula « *egro fanciul* »  
barbaris istis et absonis reddi potuisse

nominibus, et pro « *succhi amari* » ap-  
poni « a necessary physic » oratione  
moreque doctoris Purgonis, ac ridicu-  
lissime *du bonbon* pro pulcra poetica-  
que locutione « soave licor »? Voltarius,  
qui, Periculo de epica poesi cap. 1, ait,  
nec sine errore, opinor, talem imaginem  
in gallica epopœia non posse omnino re-  
cipi, illam merito laudat a poeta italo  
scriptam: « on approuve avec raison  
en Italie ces vers imités de Lucrèce  
[1, 936] dans la troisième stance du  
premier chant de la Jérusalem: « Così  
all'egro fanciul »... Ludebat, Tassi sui  
memor, Guadagnolius, poeta jocosior:  
« Ma perchè non vi spiaccia o desti or-  
rore, L'orpellerò di lusinghier concento.  
Così Frank, astutissimo dottore, Rico-  
pria le sue pillole d'argento, E il fan-  
ciullin, che non sapea di più, Vedeale  
belle, e le tirava giù ».

In loco valde impedito et obscuro,  
ac sine codicis ope fere insanabili, mihi  
proposuit Dübnerus, lector diligentissi-  
mus et eruditissimus, emendationem,  
qua sententia evadit optima, sed fit  
etiam codicis scripturæ vis nimia quam  
ut recipi queat: ὦν νῦν ἑκαστον ἵνα τι-  
θῆς ἐν τῇ μνήμῃ, μελισσταγές σοι, λῶστέ,  
κηρίον θήσω, πικρῶν ἰάμβων σκληρὰ κῶλ'  
ἀπηδύνας.



## ΑΡΧΗ ΤΟΥ Α.

## Α'.

## ΤΟΞΟΤΗΣ ΚΑΙ ΛΕΩΝ.

- Ἄνθρωπος ἦλθεν εἰς ὄρος κυνηγήσων,  
 τόξου βολῆς ἔμπειρος· ἦν δὲ τῶν ζῴων  
 φυγή τε πάντων καὶ φόβου δρόμος πλήρης.  
 Λέων δὲ τοῦτον προεκαλεῖτο θαρσῆσαι  
 5 αὐτῷ μάχεσθαι. « Μεῖνον », εἶπε· « μὴ σπεῦδε ».  
 Ἄνθρωπος αὐτῷ· « Μὴ δ' ἐπελπίσης νίκη·  
 « τῷ δ' ἀγγέλω μοῦ πρῶτον ἐντυχὼν, γνώση  
 « τί σοι ποιητόν ἐστιν. » Εἶτα τοξεύει,  
 μικρὸν διαστάς. Χὼ μὲν οἷστος ἐκρύφθη  
 10 λέοντος ὑγραῖς χολάσιν· ὁ δὲ λέων δεῖσας  
 ὥρμησε φεύγειν ἐς νάπας ἐρημαίας.  
 Τούτου δ' ἀλώπηξ οὐκ ἄπωθεν εἰστήκει.  
 Ταύτης δὲ θαρσεῖν καὶ μένειν κλειουούσης,  
 « Οὐ με πλανήσεις, » φησὶν, « οὐδ' ἐνεδρεύσεις·  
 15 « ὅπου γὰρ οὕτω φοβερόν ἄγγελον πέμπει,  
 « πῶς αὐτὸς ἤδη πικρὸς ἐστὶ γιγνώσκω ».

Ὅτι δεῖ ἐκ τῶν προσφερομένων γινώσκειν τὴν ἐκάστου διάθεσιν· καὶ ὅτι ἡ σοφία τῆς δυνάμεως διαφέρει.

Similis argumenti conferatur Corayani syntagmatis Fabula 279, p. 182, 397; Aviani Fabula 17. — Lemma addidi huic Fabulae, ut et reliquis.

3. Α, φυγῆς. Scripsi φυγή.

4. Α, θαρσῆσαι. Forsan, θαρσήσας. Fabula collata: λέων δὲ μόνος προεκαλεῖτο αὐτὸν εἰς μάχην. Avianus: « Tum pavi-

dis audax cupiens succurrere tigris. » Sed videtur Leo dixisse, θάρσει καὶ μεῖνον. Conf. v. 13.

5. Α, αὐτῷ. Malui αὐτῷ.

10. Suidas: χολάδες, τὰ έντερα.

11. Suid.: νάπη, ὁρεινὸς ὑλώδης τόπος.

12. Ignatii fabulam tetrasticham apponam, quam emendem obiter: Μέχην

## I.

## SAGITTARIUS ET LEO.

Homo quidam ivit in montem venaturus, sagittandi peritus artis. Tunc animalium fuga cunctorum exstitit cursusque plenus formidine.

Ast hominem leo provocavit, ut audax secum dimicaret. « Restita », inquit; « ne properes. » Cui homo : « Nec speres tu victoriam. Sed primum nuntio meo occurrens obvio, « cognosces quid sit faciendum tibi ». Dein arcu emittit sagittam, parvo distans intervallo. Et latuit ferrum mollibus leonis in visceribus conditum; qui percussus metu conjecit se fuga in deserta saltuum.

Ab ipso vulpes non procul stabat.

Quæ quum bono esse animo manereque in loco juberet, « Non me decipies », ait, « nec strues insidias mihi. Quando- « quidem enim terribilem adeo mittit nuntium, quo sit ipse « modo acerbus jam intelligo. »

Quod oporteat ex prolatis in medium cognoscere quæ sit cuique animi affectio; et quod sapientia prævaleat potentia.

λέων συνήπτεν ἀνδρὶ τοξότῃ, βέλει τυπεί-  
δῃ, θηρσὶν εἶπε τοιάδε· Εἰ δὲ προπομπούς  
εὐπορεῖ τοίους ὄγε, τίς αὐτὸς εἰη συστάδην  
ᾠρημένος; Protulit vir d. secundi ver-  
sus e codice varietatem, βέλει νυγεί; δὲ  
θηρ συνείπε τοιάδε, quam edita lectione  
multo meliorem esse ait, postulans quid  
plurale nomen θηρσὶν significat. Mihi

dissentire liceat. Verbum συνείπε pror-  
sus absonum est, et θηρσὶν intelligen-  
dum de feris qui vulnerato adsunt leoni.  
Pronomini ὄγε substituendum ἔδε, quod  
reperi in codice 2991 A.

Inaffabulatione suadet Μηνᾶς mutare  
προσπερομένων in προπερομένων. Non  
esse scripta a Babrio hæc epimythia

## Β'.

## ΓΕΩΡΓΟΣ ΔΙΚΕΛΛΑΝ ΑΠΟΛΕΣΑΣ.

- Ἄνῃρ γεωργὸς ἀμπελῶνα ταφρεύων,  
 καὶ τὴν δίκηλλαν ἀπολέσας, ἐπεζήτει  
 μὴ τῶν παρόντων τήνδ' ἔκλεψεν ἀγροίκων.  
 Ἥρνεϊθ' ἕκαστος. Οὐκ ἔχων δ' ὁ ποιήσει,  
 5 εἰς τὴν πόλιν κατῆγε πάντα ὀρκώσων·  
 τῶν γὰρ θεῶν δοκοῦσι τοὺς μὲν εὐήθει  
 ἀγροὺς κατοικεῖν, τοὺς δ' ἐσωτέρω τείχους  
 εἶναί τ' ἀληθεῖς καὶ τὰ πάντ' ἐποπτεύειν.  
 Ὡς δ', εἰσιόντες τὰς πύλας, ἐπὶ κρήνης  
 10 τοὺς πόδας ἐνίζον, κάπνευοντο τὰς πῆρας,  
 κῆρυξ ἐφώνει χιλίας ἀριθμήσειν  
 μῆνυτρα σύλων, ὧν ὁ θεὸς ἐσυλήθη.  
 Ὁ δὲ τοῦτ' ἀκούσας, εἶπεν· « Ὡς μάτην ἤκω!  
 « κλέπτας γὰρ ἄλλους πῶς θεός γ' ἂν εἰδείη,  
 15 « ὅς τοὺς ἑαυτοῦ φῶρας οὐχὶ γιγνώσκει,  
 « ζητεῖ δὲ μισθοῦ μὴ τις οἶδεν ἀνθρώπων »;

Ὅτι χρὴ ἀπιστεῖν τοῖς ὑπισχνουμένοις ὧν οὐκ εἰσεῖδες πιστά.

et alia prosa nec usque bona oratione scripta vix opus est lectorem moneri. Duorum quæ huic fabulæ fuerunt apposita alterum comparari potest dubio et ipsi epimythio Phædri 1, 13: « Virtute semper prævalet sapientia »; et Theognideæ sententiæ 1076: Κρεῖσσόν τοι

σοφίῃ καὶ μεγάλης ἀρετῆς· scilicet δυνάμεως. Quum merito in loco Phædri displiceat « virtute », quæ sit corvi dolosis verbis a vulpe decepti, potest intelligi de sapientia quæ sua ipsius prævaleat virtute.

1. Suidas: ταφρεύσαι, περισκάψαι.

## II.

## AGRICOLA QUI BIDENTEM AMISERAT.

Agricola fodiens vineam, quum bidentem amisisset, quærebat num quis præsentium furatus eum esset rusticorum.

Negabat quisque.

Tum incertus homo quid faceret, in urbem deduxit omnes, jusjurandum delaturus.

Deorum enim eos opinantur vulgo qui sunt ingenio tardiores ruri habitare; qui autem muris intus degunt, veros esse deos et cuncta inspicere.

Quum vero, ingressi portam, ad fontem pedes lavarent, manticis depositis, præco proclamabat mille se drachmas numeraturum, furtorum præmium indicandorum quæ ex dei æde fuerant ablata.

His auditis agricola « Quam vanum » ait « iter feci! fures « enim alios quo deus deprendet modo, qui sui spoliatores « templi non cognoscit, quæritque mercede oblata illos num « quis noverit mortalium? »

Quod oporteat promissis non credere, quorum non videris data pignora.

2. A, ἐλγῆται. Scripsi ἐπελγῆται, ut esset legitima versui mensura. Eadem verbi ζητεῖν syntaxis cum μὴ γ. 16. Nec omitendum esse ἐπελγῆται sic in clausula Fab. 28, 3; 95, 92; et pariter periisse præpositionem ἀπὸ F. 6, 8.

3. Forsan, μή τις παρόντων.

6. Suidas : εὐήθης· βλάξ, ἀνόητος, ἢ ἀχρηστος τὸ ἥθος.

11. A, κῆρυξ. Sic F. 72, 1.

In affabulatione videtur A habere εἰσίδες. Scripsi εἰσεῖδες. Esset εἰσίδες scripto vocabulo propius; sed hæc verbi forma hic loci vix placet.

## Γ'.

## ΑΙΠΟΛΟΣ ΚΑΙ ΑΙΞ.

- Αἶγας ποτ' εἰς ἔπαυλιν αἰπόλος χρήζων  
 ἐπὶ σῆκόν ᾄγειν θ', ὡς αἱ μὲν ἦλθον, αἱ δ' οὐπω,  
 μιᾶς ἀπειθοῦς ἐν φάραγγι τρωγούσης  
 κόμην γλυκεῖαν αἰγίλου τε καὶ σχίνου,  
 5 τὸ κέρας κατέαξε μακρόθεν λίθῳ πλήξας.  
 Τὴν δ' ἰκέτευε· « Μὴ, χίμαιρα συνδούλη,  
 « πρὸς τοῦ σὲ Πανὸς, ὃς νάπας ἐποπτέωει,  
 « τῷ δεσπότη, χίμαιρα, μή με μηνύσης·  
 « ἄκων γὰρ ἠύστόχησα, τὸν λίθον ῥίψας ».  
 10 Ἡ δ' εἶπε· « Καὶ πῶς ἔργον ἐκφανὲς κρύψω;  
 « τὸ κέρας κέκραγε, καὶ ἐγὼ σιωπήσω ».

Ὅτι τὰ δημοσία ἀμαρτηθέντα κατ' οὐδένα τρόπον χρὴ κρύπτειν.

Conf. Coray. Fabula p. 91, 346; et Milleriana in Notit. mann. t. 14, p. 240; Phædrus 6, 23.

1. Α, αἰγά ποτ'. Scribendum fuit αἰγας ποτ'. — Suidas : χρήζω, ... θέλω.

2. Suidas : σῆκοι, αἱ τῶν βοσκημάτων ἐπαύλεις. Non caret vitio nomen ἔπαυλιν, σῆκόν, fere synonymorum jun-

ctura. Nec numeri placent, ἐπὶ σῆκόν ᾄγειν θ', qui tamen tertio inde versu redeunt. Imo ob id ipsum displicent magis. Forsan scripserat auctor : ... χρήζων Ἄγειν, ἐκαλεῖθ' ὡς δ' αἱ μ... Est verbum ἀνεκαλεῖτο in collatis fabulis : αἰγοβοσκὸς τὰς αἰγας ἀνεκαλεῖτο πρὸς μάνδραν.

## III.

## CAPRARIUS ET CAPRA.

Capras quondam ad stabulum cupiens <sup>et</sup> præsepe caprarius agere, quum adessent aliæ, aliæ abessent adhuc, unius, quæ contumacior in convalle dulcem carpebat comam ægili schinique, cornu confregit, feriens eminus lapide.

Et illam rogabat supplex : « Ne, capella conserva, per ego  
 • te Panem, qui saltus inspectat, ne domino, capella, ne me  
 • prodideris; quippe qui invitus dexterius sum jaculatus,  
 • misso lapide.

Quæ contra « Ac qui rem », inquit, « celabo manifestam?  
 • Clamat cornu, quantumvis ipsa siluerim ».

Quod quæ fuerunt palam peccata nullo oporteat modo occultare.

4. Suidas : αἰγίλλος, εἶδος βοτάνης. Junxit poeta ægilum et schinum memor forsitan Theocriti 5, 128 : Ταὶ μὲν ἐμαὶ κύτισόν τε καὶ αἰγίλλον αἶγες ἔδοντι, Καὶ σχῖνον πατέοντι. Ibi scholium : κύτισος, αἰγίλος καὶ σχῖνος θάμνοι εἰσὶν οὓς ἐπινέμονται αἱ αἶγες. Interpres botanicus

Theocriti ait σχῖνον esse lentiscum. Sed quis capras vidit pistaciam lentiscum tondentes? Est in idyllio ac fabula herba vel frutex; ni fallor tamen.

7. A, Πρὸς τοῦ σε II. Visum est ob majorem obstestationis vim acuere pronomen.

Δ'.

## ΑΛΙΕΥΣ ΚΑΙ ΙΧΘΥΣ.

- Ἀλιεύς σαγήνην, ἣν νεωστὶ βεβλήκει,  
 ἀνεῖλετ'· ὄψου δ' ἔτυχε ποικίλου πλήρης.  
 Τῶν δ' ἰχθύων ὁ λεπτὸς εἰς βυθὸν φεύγων,  
 ὑπεξέδυνε δικτύου πολυτρήτου·  
 5 ὁ μέγας δ' ἀγρευθεὶς εἰς τὸ πλοῖον ἠπλώθη.  
 Σωτηρία πως ἐστὶ καὶ κακῶν ἔξω  
 τὸ μικρὸν εἶναι· τὸν μέγαν δὲ τῇ δόξῃ  
 σπανίως ἴδοις ἂν ἐκφυγόντα κίνδυνον.

Ε'.

## ΑΛΕΚΤΟΡΙΣΚΟΙ.

Ἀλεκτορίσκων ἦν μάχη Ταναγραίων,  
 οἷς θυμὸν εἶναί φασιν οἷον ἀνθρώποις.  
 Τούτων ὁ λειψθεὶς, τραυμάτων γὰρ ἦν πλήρης,  
 ἐκρύπτετ' οἴκου γωνίην ὑπ' αἰσχύνης.

Fab. IV. Conf. Coray. F. 154. — Affabulatio Corayanæ : τοὺς δὲ μεγάλους ὄντας τῇ δόξῃ σπανίως ἴδοις ἐκφεύγειν τὴν δίκην. Sic scripsit pro ἰδης quod repererat, tunc oblitus recentiores sic aoristo subiectivi passim uti loco futuri; quod serius meminit p. vδ'. Sed fere puto, quum oratio reliqua sit probe græca, ἰδης esse mendum calami, rescribendumque ἴδοις, iotacismo favente, addito

etiam ἂν, quod fuerit omissum casu.

Fab. V. Conf. Coray. F. 145, p. 87, 343; Knochii Frag. 39.

1. Versus duo primi exstant in Suidæ Lexico V. Ταναγραῖοι ἀλεκτορίσκοι· οἱ μαχηταὶ καὶ θυμικοὶ ὡς ἄνθρωποι. Βάβριος.

2. Suidas alio ordine : Οἷς φασιν εἶναι θυμὸν ὥσπερ ἀνθρώποις. Firmat vocabulum οἷον fabula secunda Corayi : ἀλέ-

## IV.

## PISCATOR ET PISCIS.

Piscator sagenam, quam recens jecerat, extraxit. Obsonii autem erat varii referta.

Ast piscium minutus quisque effugit in altum, e rete clam elapsus multiforo, dum captivus quicumque magnus in navicula jacuit extensus.

Salus fit quodammodo et malorum effugium parvitas; qui autem magnus est opinione vulgi, eum raro videbis periculum effugere.

## V.

## PULLI GALLINACEI.

Pullorum gallinaceorum certamen erat Tanagræorum, quibus animum esse dicunt qualem hominibus.

Illorum qui victus fuit, vulneribus quippe coopertus, præ pudore angulum in domo quæsivit ubi deliteret.

πτορες δύο δι' ὀρνεις ἐμάχοντο, οὗς λέγουσι θυμὸν ἔχειν ὅλον ἀνθρώπων. Plinius H. N. 10, 24, 2, de gallinaceis: « Ex his quidam ad bella tantum et prælia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum aut Tanagram ». Ibi Harduinus.

3. Verbo λειψθεῖς pro scholio sint synonyma ἡττηθεῖς, νικηθεῖς, Corayanarum. Cf. F. 69, 3.

4. Collatio fabularum Corayanarum eo ducit ut γωνίη scriptum esse putes, ni obstaret hiatus. Accusativus intelligendus cum ellipsi præpositionis, propter motum, non latentis pulli, sed avolantis ut in angulo se recipiat. Ælianus H. A. 4, 29, de gallinaceo victo: καταδύεται ὑπὸ τῆς αἰδοῦς. Ibi Jacobsius καταδύεσθαι ὑπὸ τῆς αἰσχύνης excitat ex Xenophonte.



- 5 Ὁ δ' ἄλλος εὐθύς εἰς τὸ δῶμα πηδήσας,  
ἐπικροτῶν τε τοῖς πτεροῖς ἐκεκράγει.  
Καὶ τὸν μὲν αἰτός τις ἐκ στέγους ἄρας,  
ἀπῆλθ'· ὁ δ' ἄλλος ἀμφίβαινε θηλείαις,  
ἀμείνονα σχῶν τάπιχαιρα τῆς ἥττης.
- 10 Ἄνθρωπε, καὶ σὺ μὴ ποτ' ἴσθι καυχήμενον,  
ἄλλου πλέον σε τῆς τύχης ἐπαιρούσης·  
πολλοὺς ἔσωσε καὶ τὸ μὴ καλῶς πράττειν.

Γ'.

## ΑΛΙΕΥΣ ΚΑΙ ΙΧΘΥΔΙΟΝ.

- Ἀλιεύς θαλάσσης πᾶσαν ἡόνα ξύων,  
λεπτῷ τε καλάμῳ τὸν γλυκὺν βίον ζῶων,  
μικρόν ποτ' ἰχθὺν ὀρμιῆς ἀφ' ἱππείης  
ῥήγρευσεν ἐκ τῶν εἰς τάγηνον ὠραίων.
- 5 Ὁ δ' αὐτὸν οὕτως ἰκέτευεν ἀσπαίρων·  
« Τί σοι τὸ κέρδος; ἢ πόσου με πωλήσεις;  
« οὐκ εἰμὶ γὰρ τέλειος· ἀλλὰ με πρῶην  
« πρὸς τῇδε πέτρῃ φυκίς ἀπέκυσεν μήτηρ.

5. Est δῶμα tectum; cf. v. 7. Fabula Corayana tertia : ἐπὶ στέγους ἀρθείς. In alia Fabula Cor. 139, p. 141, 337 : ἔριφος ἐπὶ τινος δώματος ἐστώς. Vide Alberti Observ. ad Matth. 24, 18.

6 Plinius l. 1. : « Quod si palma contingit, statim in victoria cahunnt, seque ipsi principes testantur; victus occultatur silens ». Ibi Harduinus.

8. Poetaster politicus fabulae Corayanae p. 344 : Ὁ δὲ ἕτερος, ἐλευθερίως ζήσας, ἤγετο οὕτως ἐν ἀδείᾳ τυγχάνων.

Proponit Corayus pro ἤγετο legendum ἥλλετο. Propono, ἤδετο.

9. Suidas V. Τάπιχαιρα· τὸν μισθὸν, τὰς ἀμοιβὰς· Ἀμείνονα ἔχων..., et fontem indicat, ἐν μυθικοῖς. Qui praeclare divinaverat ad fabulam de gallis hunc versum pertinere, Tyrwhittus metro consulebat legens p. 64, Ἀμείνον' ἀπέχων, non ἀνέχων, quod refert Knochius. Ipse melius correxit : Ἐχων ἀμείνονα... Sed Apographi lectio secat rem. Reperitur id vocabulum et in alia fabula apud

Alter contra in tectum statim facto saltu, alisque complois, cucurriebat. Quem aquila rapiens e tecto, abiit.

Ast ille fœminas circumibat, meliorem sortitus cladis mercedem.

Homo, et tu nunquam sis verbis jactantior, si quando fortuna alio te sustulerit altius. Multis saluti fuit adversis quoque rebus exerceri.

## VI.

## PISCATOR ET PISCICULUS.

Piscator maris passim litus radens, ac tenui calamo dulcem sustentans vitam, parvum quondam piscem seta cepit equina, eorum qui sunt in sartaginem idonei.

Piscis autem illum sic precabatur palpitans : « Quid inde « lucri tibi? aut quanti me vendes? Statura enim mihi nondum « est perfecta, quippe quem nuper ad hancce rupem phycis

Corayum p. 23, 4 : εἰ γὰρ αὐθις ἐνταῦθα εἰσελθὼς, ἐγὼ σοι τὰ τῆς ἀρπαγῆς ἐπιδείξω ἐπίχειρα. — « Meliorem sortitus cladis mercedem », quam rivalis sortitus erat victoriae.

11. A, ἄλλου σε πλέον. Transposui propter metrum.

F. VI. Conf. Coray. Fab. 124, p. 67, 326; Avianus Fab. 20.

1. A, ἡϊόνα. Rescribendum fuit ἡίονα, metro jubente. Suidas : Ἡϊών, ὁ αἰγιαλός· ἡϊόνα, αἰγιαλόν, ἔχθην.

2. A, λεπτῷ καλᾶμῳ. Inserui τε, fulciendo versui. Suidas : ζῶων, ζῶν. Epi-

thetum γλυκὺν non expectabam quidem, καχὸν potius ex Moscho 5, 9.

3. Est ὀρμὴν, ὀρμῆσι producto iota in Oppiani Hal. 3, 75, 78, ubi forsán scribendum ὀρμειν, ὀρμειῖσι. Scriptum est ὀρμειαὶ in Theocriti Id. 21, 11, idque sine varietate, ut videtur.

4. A, ὥραιον, quod mutavi.

5. A, ὁ δ' αὐτὸς οὗτος. Visum est rescribere, ὁ δ' αὐτὸν οὕτως. Fabulae collatae : σμικρὰ δὲ οὖσα (scilicet capta σμαρίς) ἰκέτευεν αὐτόν.

8 A, φυκὶς ἔκυσσε. Scripsi metri causa, φυκὶς ἀπέκυσεν. Vide F. 2, n. 2.

- « Νῦν οὖν ἄφες με· μὴ μάτην ἀποκτείνης.  
 10 « Ἐπὴν δὲ, πλησθεῖς φυκίων θαλασσείων,  
 « μέγας γένωμαι, πλουσίοις πρέπων δείπνοις,  
 « τότε' ἐνθάδ' ἐλθὼν ὕστερόν με συλλήψῃ. »  
 Τοιαῦτα μύζων ἰκέτευε καὶ σπαίρων·  
 ἀλλ' οὐκ ἔμελλε τὸν γέροντα θωπεύσειν.  
 15 Ἐφη δὲ πείρων αὐτὸν ὀξεῖή σχοίνῳ·  
 « Ὅ μὴ τὰ μικρὰ, πλὴν βέβαια, τηρήσας,  
 « μάταιός ἐστιν, ἅν γ' ἄδηλα θηρεύῃ.

## Ζ'.

## ΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΟΝΟΣ.

- Ἄνθρωπος ἵππον εἶχε. Τοῦτον εἰώθει  
 κενὸν παρέλκειν· ἐπετίθει δὲ τὸν φόρτον  
 ὄνῳ γέροντι. Πολλὰ τοιγαροῦν κάμνων,  
 ἐκεῖνος ἐλθὼν πρὸς τὸν ἵππον ὠμίλει·  
 5 « Ἄν μοι θελήσης συλλαβεῖν τι τοῦ φόρτου,  
 « τάχ' ἂν γενοίμην σῶος· εἰ δὲ μὴ, θνήσκω. »  
 Ὁ δ' « Οὐ προὔξεις »; εἶπε· « μὴ δ' ἐνοχλήσης ».  
 Εἶρπεν σιωπῶν· τῷ κόπῳ δ' ἀπαυδήσας  
 πεσὼν ἔκειτο νεκρὸς, ὥς προειρήκει.  
 10 Τὸν ἵππον οὖν παρ' αὐτὸν εὐθέως στήσας  
 ὁ δεσπότης, καὶ πάντα τὸν γόμον λύων,

10. Suidas : Φυκία, ... βρύα. A, θαλασ-  
 σίων. Iotacismus ducebat ad correctio-  
 nem quam feci. Malim fere θαλασσαιών.

13. Suidas : ἀπὸ τοῦ μῦ παρῆχται τὸ

μύζειν... μύζειν δὲ ἐστὶ τὸ τοῖς μυκτῆρσιν  
 ποιὸν ἤχον ἀποτελεῖν. Quum sint muti  
 pisces, non satur Babrii piscis, sed μύ-  
 ζει, sed mugit. Fontainius V, F. 3 : « Le

« genuit mater. Nunc igitur me sinas abire, neque occidas in-  
 « cassum. Ast, quum, marina fartus alga, factus ero grandior,  
 « beatisque jam cœnis idoneus, tunc huc veniens serius me  
 « capies ».

Talia mussitans rogabat saliensque. Sed non erat senecio-  
 nem blanditiis decepturus, qui, acuto illum junco trajiciens,  
 sic est fatus : « Qui parva quidem, at certa, non servavit,  
 « stolidus est, incerta si venetur ».

## VII.

## EQUUS ET ASINUS.

Homo quidam equum habebat, quem vacuum protrahere  
 solitus, vetulo sarcinam imponebat asino.

Hic igitur, valide exercitus labore, ad illum accessit, dixitque :  
 « Si mihi voles aliquam oneris partem assumere, forsán evase-  
 « rim salvus ; quod si noles, morior ».

Ast equus « Nonne procedes » ? ait. « Nec sis molestus  
 « mihi ». Et procedebat asinus silens ; tum lassitudine confe-  
 ctus cecidit, jacuitque mortuus, ut prædixerat.

Ergo propter asinum ocyus equum dominus collocans, to-

pauvre carpillon lui dit *en sa manière* ».

14. Suidas : θωπεύει, αἰτιατικῇ ἁπατῇ.

Fab. VII. Conf. Coray. F. 125, p. 68,

327 ; Knoch. Fragm. 31 ; Plutarch. Præc. Sanit. c. 25.

7. A, προάξεις εἶπε μὴδ' ἐνοχλήσης ;

8. A, εἶπε. Feci spondæum.

ἐπ' αὐτὸν ἐτίθει, τὴν σάγην τε τοῦ κτήνους,  
καὶ τὴν ὄνειρην προσεπέθηκεν ἐκδείρας.

Ὁ δ' ἵππος « Οἷμοι τῆς κακῆς » ἔφη, « γνώμης!

- 15 « Οὐ γὰρ μετασχεῖν μικρὸν οὐκ ἤβουλήθην,  
« τοῦτ' αὐτό μοι πᾶν ἐπιτίθεικεν ἡ χρεία. »

## Η'.

### ΑΡΑΨ ΚΑΙ ΚΑΜΗΛΟΣ.

Ἄραψ κάμηλον ἀχθίσας ἐπηρώτα,  
πότερ' ἀναβαίνειν μᾶλλον, ἢ κάτω βαίνειν  
αἰροῖτο. Χὼ κάμηλος, οὐκ ἄτερ μούσης,  
εἶφ'· « Ἡ γὰρ ὀρθὴ τῶν ὁδῶν ἀπεκλείσθη »;

Ὁ λόγος εὐθετος πρὸς ἄνδρας διεστραμμένους τῆς εὐθείας ὁδοῦ  
ἐκκλίνοντας.

12. Suidas : σάγη, τὸ τοῦ ὄνου ἐπίθεμα· « ἐπ' αὐτὸν ἐτίθει τὸν γόμον, τὴν σάγην τε τοῦ κτήνους. » Idem : « Ὀνειρία, ἡ τοῦ ὄνου δορά· » τὴν σαγὴν τε τοῦ κτήνους καὶ τὴν ὄνειρην προσεπέθηκεν τοῦ κτήνους ». Βάβριός φησιν. Tyrwhittus,

Corayus, Huschkius in Miscellaneis Matthiae p. 11, et Knochius, quem vide p. 176, ὄνειραν admiserunt, neque potuerunt aliter. A, ὄνειρην, ionice, quod praestat.

16. A, οὐ.

tamque solvens sarcinam, huic eam imposuit, clitellasque etiam jumentis; cujus et pellem superaddidit a se detractam cadaveri.

Tunc equus « Hei mihi »! inquit; « Ah perversam sententiam meam! cujus etenim levem nolui partem subire, onus illud ipsum mihi totum imposuit necessitas ».

## VIII.

## ARABS ET CAMELUS.

Arabs imposita camelum sarcina interrogabat, utrum ascendere potius, an descendere mallet.

Cui camelus, non sine sapientia, « Numnam recta », inquit, « occlusa est via »?

Hominibus est conveniens narratio perversis et a recta declinantibus via.

Fab. VIII. 1. Comparanda forma ἀχθήσας, apud Hesychium, cum interpretatione γομώσας, ἡγουν πληρώσας. Verbum ἀχθίζω nondum innotuisse videtur.

3. Οὐκ ἄτερ μούσης, non sine iudicio, non sine prudentia, non sine acumine.

Suidas : μούσα, γνώσις. Atque Hesychius : μούσα, τέχνη.

4. A sine interrogatione, quam apposui.

In affabulatione forsitan καὶ τῆς scribendum.

Θ'.

## ΑΛΙΕΥΣ ΑΥΛΩΝ.

- Ἀλιεύς τις αὐλοὺς εἶχε, καὶ σοφῶς ἠῦλει.  
 Καὶ δή ποτ' ὄψον ἐλπίσας ἀμοχθήτως  
 πολὺ πρὸς αὐλῶν ἠδυφωνεῖην ᾗξειν,  
 τὸ δίκτυον θεὶς ἐτερέτιζεν εὐμούσως.  
 5 Ἐπεὶ δὲ φουσῶν ἔκαμνε καὶ μάττην ἠῦλει,  
 βαλὼν σαγήνην, ἔλαβεν ἰχθύας πλείστους.  
 Ἐπὶ γῆς δ' ἰδὼν σπαίροντάς ἄλλον ἀλλοίως,  
 τοσαῦτ' ἐκερτόμησε, τὸν βάλαν πλύνων.  
 « Ἀναυλα νῦν ὀρχεῖσθε· κρεῖττον ἦν ὑμᾶς  
 10 « πάλαι χορεύειν, ἥνικ' εἰς χοροὺς ἠῦλουν ».
- Οὐκ ἔστιν ἀπόνως οὐδ' ἀλύοντα κερδαίνειν·  
 ὅταν βαλὼν δὲ τοῦθ' ἔλῃς ὅπερ βούλει,  
 τοῦ κερτομεῖν σοὶ καιρὸς ἐστὶ καὶ παίζειν.

Ὁ μῦθος λέλεκται πρὸς τοὺς ματαίως παρὰ τὸ δέον τι ἐργαζομένους.

Conf. Fab. Coray. 130, p. 72, 331; Milleriana p. 253.

3. Fabula collata : τὸ μὲν πρῶτον ἦδετο, νομίζων πρὸς τὴν ἠδυφωνίαν τοὺς ἰχθύας ἐξελεύσεσθαι. Mutatum fuit ἦδετο in ᾗδετο. Sed media vox ᾗδομαι in tali oratione valde insolens est. Servari bene ᾗδετο potuit, sibi scilicet placebat, arte

musica utens; vel perit participium : ᾗδετο αὐλῶν, ᾗδετο φουσῶν.

 erat χώραν, quod e codicibus in χώρην  
 mutavit apte Gaisfordius, et ipse nunc  
 sumsi.

5. Non obvium est facile ἐπέχειν in  
 sensu videndi, intelligendi. Aliud est  
 exemplum Fab. 50, 11. — Suidas : σφεν-  
 δονῶ, αἰτιατικῇ· additque nihil.

7. Videtur excidisse versus, qui sen-  
 tentiam in οὐκέτι inchoatam perficiat.

Potest tamen subaudiri ἐποίησεν, ἐπρα-  
 σεν, ellipsi non rara ejus verbi.

8. Α, βαλῶν. Scripsi βάλλον, metro  
 postulante. Suidas in Ἀλοάων... τὸ δὲ  
 συγκόψαι πληγαῖς, ἀλοῆσαι... ἠλόησεν,...  
 ἀντὶ τοῦ ἔτυπεν.

10. Scilicet εἰς τὰς χώρας Πυγμαίων,  
 quibuscum felicius pugnabimus. De  
 gruū cum Pygmæis bello annotare  
 memini ad Philostr. Her. p. 528, ad  
 Planudeas Metamorphoses pag. 228.  
 Adde Banier. Dissert. de Pygmæis in  
 Memor. Acad. Inscr. t. 5; Knoch. et  
 ceteros interpretes ad Anton. Liber.

mentum severat triticeum. Et ille, vacua longum quassata funda, fugabat aves percussas metu.

Quem quum intellexere funda ferientem auras, despexere deinceps ut jam non fugerent, donec non diutius egit quomodo sueverat, sed jactis lapidibus contudit plurimas.

Grues autem, agro derelicto, aliæ aliis « Fugiamus » crocitant, « in Pygmæorum regionem. Homo iste non amplius nos « territare velle videtur; sed incipit jam et facere aliquid ».

Id habet adhortationis fabula : oportere scilicet homines qui peccant monitorum parere sermonibus, ne serius aliquando veris tententur doloribus.

c. 16; Fabric. Opusc. p. 452; Hardt. Dissertatione qua et « Ezechielem a Pygmeis liberat » (scilicet a *Gammadin*, in Vulgata *Pygmæis*, in græca conversione φύλαξι, sed jam pridem ab aliis liberatum); Pontani Theoremata de Pygmæis; Barnes. ad Eurip. Hel. 1496; Creuzer. Comm. Herod. p. 154. Rabelæsii nugas quærat qui Rabelæsium amat.

12. Πράσσειν τι ut in Theocrito 14, 70 : ποιεῖν τι δεῖ ἄξ γόνυ χλωρόν. Cf. F. 20, 8; 59, 17, et Euripidis locum p. 47.

In affabulatione A, ἤκειν. Usus iota-

cismi permutatione, εἶκεν reposui, quod verbum sententiæ aptissimum est; usus etiam Gnomologio Georgidæ in meis Anecdotis Gr. t. 1, p. 31, qui hanc excerpsit sententiam : δεῖν ταῖς ἐκ λόγων παραινέσσειν τοὺς πταίοντας εἶκεν, ἵνα μὴ ταῖς ἐξ ἔργων ὀφέ ποτε παραθεθεῖν ὀδύναις. Eam inveni anonymam et sic edidi; sed nuper alium Georgidæ codicem mecum communicavit Μηνᾶς vir doct., in quo legitur margini appositum nomen Βαβρίου. Poterit præferri lectio παραταθεῖν, sed non multum interest quæ eligatur.

## ΚΖ'.

## ΓΑΛΗ ΣΥΛΛΗΦΘΕΙΣΑ.

- Γαλήν δόλω τις συλλαβών τε καὶ δῆσας,  
 ἔπνιγεν ὑδάτων ἐν συναγγίᾳ κοίλῃ·  
 τῆς δ' αὖ λεγούσης, « Ὡς κακὴν χάριν τίνεις  
 « ὦν ὠφέλουν θηρῶσα μῦς τε καὶ σαύρας »!  
 5 « Ἐπιμαρτυρῶ σοι », φησὶν· « ἀλλὰ καὶ πάσας  
 « ἔπνιγες ὄρνεις, πάντα δ' οἶκον ἡρήμους,  
 « κρεῶν ἀνέωγες ἄγγος· ὥστε τεθνήξῃ,  
 « βλάπτουσα μᾶλλον, ἥπερ ὠφελοῦσ' ἡμᾶς ».

Πρὸς τοὺς μετρίως μὲν ὠφελοῦντας, βλάπτοντας δὲ τὰ με-  
 γάλα, εὐκαιρὸς ἐστὶν ὁ λόγος.

Conf. Coray. Fab. 406; Knochi. Fab. 4; Phædrus Fab. 1, 22.

1. Fabula Corayanæ, quæ aliam textus Babriani recensioem exhibere videtur, in fine versus habet δῆσας, quod recepi; nam πνίγων in A, quod sequitur ἐπνιγεν, non tolerandum est.

2. A, συναγγίᾳ. Fabula Cor.: ἐπνιγε βάλλων ὑδατος ἐν συνεχείᾳ. Correxī Bernhardyus συναγκείᾳ, quod et ipse conieceram, recepitque Knochi. Sed ὑδατος συνάγκεια dictum est brevius,

vixque intelligi potest, quum sit συναγκεια, teste Suida, σύνδεσμος τόπος, κοῖλος τόπος· « couvallis ». Servavi suspectum vocabulum, quod derivandum erit ab ἄγγος, simileque notissimo κυναγγία, κυναγγείη. Sed præpositio vix capio quid possit.

3. Convertere placuit ὥς in sensu admirationis. Potuissē et alio distinguere modo: λεγούσης ὥς, « Κακὴν..... Nam sæpe δτι, ὥς, junguntur orationi directæ, qua de re non parcus fui ad Ari-

## XXVII.

## MUSTELA COMPREHENSÆ.

Mustelam dolo prensam, et vinctam, quidam cavo in vasculo suffocabat aquæ pleno. Cui dicenti, « Quam malam pro meritis refers gratiam mihi, quæ tibi utilem me præstiti, mures venata lacertosque » ! respondit : « Ipse ego sum testis tibi. Sed et omnes strangulabas gallinas, totamque desolabas domum, ac plena carnibus aperiebas vasa. Ergo morieris, nocens quæ magis fuisti nobis quam utilis ».

Adversus eos qui prosunt quidem modice, at obsunt magnopere, est accommoda narratio.

stæn. p. 255. Adde Valckenarii Scholia t. 2, p. 53; Raphelium Annot. in Biblia t. 1, p. 246, t. 2, p. 8; Upton. et Schweigh. ad Epict. Dissert. 1, 2, 18; Creuzer. Melem. t. 3, p. 12. Strato 12, 214 : ἐρεῖς ὅτι, « Πλούσιός εἰμι ». Artemidorus 5, 82 : αὐτὸς δὲ λέγει ὡς, « Τὸν χαλκὸν οὐκ ἔχω, οὐδ' ὅθεν ὑμᾶς ὑποδέχομαι ». Athenæus 10, 19 : ἐπιστάσης δὲ αὐτῷ τῆς θεοῦ κατὰ τοὺς ὕπνους, καὶ εἰπούσης ὅτι, « Φιλόσοφος ὢν, ὦ Στίλ-

πων, παραβαίνεις τὰ νόμιμα » ; Et cet.

6. Post hunc versum insertus est alius in recensione Corayanæ : Κρεῶν ἀνέωγας ἄγγος, ὥστε τεθνήξῃ Βλάπτουσα... quod recepi scripto ἀνέωγας cum Knochio. Malim κρεῶν τ' ἄν. At cf. F. 84, 3. Eadem formula in Fabula Schæferianæ 142 : διὰ τοῦτο γὰρ μᾶλλον τεθνήξῃ.

7. Fabula Cor. desinit in ὠφελοῦσα, fine mutilo. Niebuhrius vere divinaverat quod exhibet A, ὠφελουσ' ἡμᾶς.

## ΚΗ'.

## ΒΟΥΣ ΚΑΙ ΦΡΥΝΟΣ.

- Γέννημα φρύνου συνεπάτησε βοῦς πίνων·  
 ἐλθοῦσα δ' αὐτόσ' (οὐ παρῆν γάρ) ἡ μήτηρ,  
 παρὰ τῶν ἀδελφῶν ποῦ ποτ' ἦν ἐπεζήτει·  
 « Τέθνηκε, μήτηρ· ἄρτι γὰρ πρὸ τῆς ὥρης  
 5 « ἦλθεν πάχιστον τετράπουν, ὅφ' οὐ κεῖται  
 « χηλῇ μαλαχθέν ». Ἡ δὲ φρύνος ἡρώτα,  
 φυσῶσ' αὐτήν, εἰ τοιοῦτον ἦν ὄγκω  
 τὸ ζῶον. Οἱ δὲ μητρί « Παῦε, μὴ πρίου·  
 « θᾶσσον σεαυτήν » εἶπον, « ἐκ μέσου ῥήξεις,  
 10 « ἡ τὴν ἐκείνου ποιότητα μιμήσῃ ».

Ὅτι ἐπικίνδυνον τοῖς ἐλάττοσι παρατείνεσθαι τοῖς μείζοσι.

Conf. Coray. Fab. 420, quæ textum exhibet Babrianum; Knochius Fab. 3; Phædrus 1, 24: et infra similis argumenti fabula 42.

2. Α, αὐτόν. Recepi editum αὐτόσ'. Repertum fuit a Furia αὐτόσε in Vaticano codice.

4. Α, μήτηρ... ὥρας. Scripsi μήτηρ ex edito versu, cuius mendum Corayo suboluisse non videtur: Τέθνηκε, μήτηρ, εἶπον, ἄρτι πρὸ τῆς ὥρας. Scripsi ὥρας ionice, tribuens ὥρας librario, poetæ ὥρης. Est ὥρης sine varietate Fab. 12, 4; 22, 1. Sed quum me impediât for-

mulæ sensus πρὸ τῆς ὥρης cuius exempla non novi, suspicor legendum πρὸ τῆς ὥρης, quod lectionis sum in latinis sequutus. Dixit Herodotus 9, 101: πρὸς ἔτι τῆς ἡμέρης.

5. Α, ἦλθε. Vaticanus: ἦλθε γὰρ πάχ., quod viros d. valde turbavit.

6. Editi, μαλαχθεῖς. Α, μαλαχθέν. Servandum, si referatur ad γέννημα, potius ad subauditum τέκνον, τέκος, in oratione matris.

7. Quum esset in codice, φυσῶ ἔμ' αὐτήν, apte Μηνᾶς in apographo correxit, φυσῶσ' αὐτήν. Malit etiam nec

## XXVIII.

## BOS ET RUBETA.

Prolem rubetæ concalcavit bos inter bibendum. Huc autem veniens (tunc enim non aderat) mater, a fratribus ubi tandem lateret inquirebat : « Mortuus est, o mater. Modo enim summo  
« mane amplissima venit bellua quadrupes, cujus ungula  
« jacet contritus ».

Tum interrogabat rubeta sufflans se; num amplitudine tantum esset animal.

Ast illi matri « Desine; noli te inflare. Citius te ipsam » dixerunt, « rumpes mediam, quam ejus imitaberis vastitatem ».

Quod sit imparibus periculis decertare præstantioribus.

sine probabilitate legi τοσοῦτον pro τοιοῦτον. Est φουσῶσ' ἐαυτήν in Vaticano, etiam τοιοῦτον, quod servavi. Simile mox nomen qualitatís, ποιότητα.

8. A, παῦς, μὴ πρίου. In edita e Vaticano fabula : παύου, μὴ ποιοῦ, μῆτερ. Est παῦς forma optima ac notissima, qua et poetæ sunt usi et prosaici auctores. Plus est difficultatis in πρίου. Mutare suadet Corayus ποιοῦ in πιοῦ a πιοῦμαι, quod synonymon esse ait τοῦ πυχύνομαι. Quum reperiatur apud Hesychium πρίεται pro φουσᾶται, illa glossa, quamvis suspecta, me cohibuit ab omni mutandi tentamine, et, servata quam

reperi lectione, expectabo codicis alius auxilium, vel feliciorum conjecturam.

10. A, ποσότητα, quod metrum respuit. Vix placeret ποσότητα, etsi sit τόσση F. 36, 8. Sed metro satisfacit lectio Vaticana ποιότητα, quam post alios recepi. Inveni in codice 2991 A Ignatii fabulam hancce : Χηλὴ βοὸς πατεῖτο βατράχου τέκος· Ὁργῇ δὲ μήτηρ εἶπεν ἥς θλάσε τέκος· Καὶ τέκνον ἄλλο φησί· κὰν βαγῆς ὄλη, Πρὸς οὐδὲν αὐτῶ, μῆτερ, ἐμπερὴς ἔσθι. Aliam e Bandinii Catalogo recensionem apposuit Knochiuss p. 63, quam conferre poterunt quibus græca placent quoquo modo scripta.

ΚΘ'.

## ΙΠΠΟΣ ΓΕΡΩΝ.

Γέρων ποθ' ἵππος εἰς ἀλητὸν ἐπράθη.  
 Ζευχθεῖς ὑπὸ μύλην ἐσπέρην τάλας πᾶσαν,  
 καὶ δὴ στενάξας, εἶπεν· « Ἐκ δρόμων οἶων  
 « καμπτήρας οἴους ἀλφίταισι γυρεύω »!  
 5 Μὴ λίαν ἐπαίρου πρὸς τὸ τῆς ἀκμῆς γαῦρον·  
 πολλοῖς τὸ γῆρας εἰς πόνους ἀνηλώθη.

Λ'.

## ΛΙΘΟΥΡΓΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΗΣ.

Γλύψας ἐπώλει λύγδινόν τις ἐρμείην.  
 Τὸν δ' ἡγόραζον ἄνδρες· ὃς μὲν εἰς στήλην  
 (υἱὸς γὰρ αὐτῷ προσφάτως ἐτεθνήκει).  
 ὁ δὲ χειροτέχνης ὡς θεὸν καθιδρύσων.

Conf. Coray. Fab. 193, p. 122, 368;  
 Nicephorus Basilacas in Rhetoribus  
 Walzianis t. 1, p. 266, fab. 3. Quæ Ba-  
 silacæ fabula ipsissima est Aphthonii  
 fabula 13. Sic desinit Basilicas: τύχη  
 γὰρ θνητῶς τὴν εἰς ἑτέρα φέρειν οἶδε με-  
 ταβολήν. Reperi in codice τὴν ἐφ' ἑτέρα,  
 quæ est et Aphthoniana scriptura.

1. Εἰς ἀλητὸν, scilicet πρὸς τὸ ἀλή-  
 θευν, ut est in collata fabula. Hesy-  
 chius: ἀλητὸν, ἄλευρον. Malima pro  
 nomine habere simili τοῖς ἀμητός, τρυ-  
 γητός.

2. Α, τάλας πᾶσαν, sic ordinante Μηνᾷ  
 vocabula, quæ sunt inversa in codice,  
 πᾶσαν τάλας.

## XXIX.

## EQUUS SENEX.

Equus senior fuit quondam molendæ farinæ venundatus. Molæ jugatus vesperam misellus totam, atque ideo suspirans, « Cursibus » inquit, « ex qualibus quales in gyros propter « farinulas compellor »!

Ne superbias nimium præ juvenilis vigoris ferocia; multis senectus inter labores consumpta fuit.

## XXX.

## LAPICIDA ET MERCURIUS.

Hermam ex lygdo sculptum a se quidam proponebat venui. Ac mercabantur homines, hic ut cippum faceret (filius erat enim ipsi mortuus nuperrime); ille, artifex scilicet, deum ut poneret.

3. Quæ repetitio est in όλων όλως placuit multum græcis scriptoribus. Exempla apposui olim ad Anecdota Græca t. 5, p. 290; nuper ad Anecdota Nova t. 1, p. 109.

4. A, χαμπήρας.

5. A, λίην. Scripsi λίαν. Recentiores ultimam in adverbis id genus corripiunt. Infra Fab. 41 est λίαν trochæus.

Fab. XXX. Knochius Fr. 28. Argumentum fabulæ Corayanæ 148, p. 89, 345, non est simile. Eam qui contulit Knochius, versum Suidæ tantum noverat.

1. Suidas v. Λύγδινα : ἔστι δὲ εἶδος λίθου ἢ λύγδος et versum, auctore non nominato, recitat, cum lectione Ἐρμείαν. Notanda ac servanda forma Ἐρμείην.



- 5 Ἦν δ' ὀφέ· χῶ λιθουργὸς οὐκ ἐπεπράκει,  
 συνθέμενος αὐτοῖς εἰς τὸν ὄρθρον αὐ δεῖξαι  
 ἔλθοῦσιν. Ὁ δὲ λιθουργὸς εἶδεν ὑπνώσας  
 αὐτὸν τὸν Ἑρμῆν ἐν πύλῃς ὀνειρεῖης·  
 εἶδεν λέγοντα· « Τὰμὰ νῦν ταλαντεύη·  
 10 « ἐν γάρ με νεκρὸν ἢ θεὸν σὺ ποιήσεις ».

## ΛΑ'.

## ΓΑΛΑΙ ΚΑΙ ΜΥΕΣ.

- Γαλαῖ ποτ' εἶχον καὶ μύες πρὸς ἀλλήλους  
 ἄσπονδον αἰεὶ πόλεμον, αἱμάτων πλήρη·  
 γαλαῖ δ' ἐνίκων. Οἱ μύες δὲ τῆς ἥττης  
 ἐδόκουν ὑπάρχειν αἰτίην σφίσιν ταύτην,  
 5 ὅτι στρατηγούς οὐκ ἔχιοιεν ἐκδήλους,  
 αἰεὶ δ' ἀτάκτως ὑπομένουσι κινδύνους.

5. A, και ὁ. Facere visum est crasin  
 χῶ. Periisse versus ante sequentem vi-  
 detur.

8. A, πύλαι· ὀνειρεῖαις. Scripsi ionice ;  
 nam meminit Homeri Od. 4, 809 : Ἥδ' οὐ  
 μάλα κνώσσουσ' ἐν ὀνειρεῖσι πύλῃσιν.

9. A, εἶδε. Spondæus faciendus fuit.

11. Repetitio verbi εἶδεν non est inelegans, et auctores utriusque orationis  
 talibus libenter utuntur ἐπαναφοραῖς.  
 Exempla poetica congressi plurima ad  
 Hom. Il. B, 871 ; E, 372. Callimachus  
 Lav. 40 : Κρεῖον δ' εἰς ὄρος ὤκισατο,  
 Κρεῖον ὄρος· ubi Ruhnken. bene figuram  
 illustrat, sed de loci integritate dubitat  
 male. Rursus 61 : Ἥ' π'ι Κορωνείας...  
 Ἥ' π'ι Κορωνείας... Et mox loco con-

troverso : Ἴππω ἐπὶ κράνῃ Ἑλικωνίδι  
 καλὰ βροίσῃ. Λῶντο· μεσαμβρινὰ δ' εἶχ'  
 ὄρος ἀσυχία. Ἀμφότεραι λῶντο, μεσαμ-  
 βριναὶ δ' ἔσαν ὥραι· Πολλὰ δ' ἀσυχία  
 τῇν κατεῖχεν ὄρος. Ruhnkenius, Hem-  
 sterhusius, Ernestius, L. Dindorfius di-  
 stichon alterum spurium esse pronun-  
 ciaverunt ; Blomfieldius uncis inclusit ;  
 Brunckius id omnino sustulit. Ipse Cal-  
 limachum quum ederem, a mutatione  
 abstinui ; etiam tacui, quum sit tuta  
 silentio merces. At nuper, quum egre-  
 gium Callimachi carmen prælegerem,  
 tacere nou licebat, ac dixi videri mihi  
 et prius nec non posterius distichon  
 esse Callimachi, et repetitioni causam  
 fingebam hancce. Dum incedit magna

Jamque advesperascebat, et lapicida nondum invenerat em-torem.... pactus ipsis se mane proximo rursus ostensurum, si venirent.

Ast Mercurium ipsum in somniorum portis vidit lapicida dormiens; vidit dicentem : « Fata nunc mea tuis quasi lancibus « imponis; num enim me mortuum aut deum facies.... »

## XXXI.

## MUSTELÆ ET MURES.

Mustelæ et mures olim inter sese bellum gerebant impla-cabile semper plenumque cruoribus. Et mustelæ vincebant. Mures autem putabant hanc esse cladis causam suæ, quod duces non haberent conspicuos, semperque inordinatim subi-  
rent discrimina.

cum pompa Minervæ statua Inachi fluento lavanda, narrat poeta virginibus Chariclus ac Tiresiæ fabulam. Interea pompa tarde procedit, et ob pondus statuæ, et quod ipsa religionum maje-stas a celeritate eundi aliena est; fieri etiam stationes valde est probabile, quas inter nervorum concentus et vo-cum lyrica canentium audiebantur, si-lebatque Callimachus. Ac denuo ince-dentibus ministris, usus est illa ἐπανα-φορᾷ, qua solum narrationis contextum ac quasi filum resarciret. Monendis oculis, inter disticha spatium erit relin-quendum deinceps, mihi si creditur.

5, 7. Suidas : λιθουργός, λιθογλύπτῃς.

10. A, ἐν. Proposuit vir d., εἰ. Quod

reddidi. Sed quum locus sit mutilus, ni-hil facile decerni potest. Post hunc ver-sum est in A lacuna, adscripto λείπει.

Fab. XXXI. Conf. Coray Fab. 242, p. 159, 382, 383; Knochii Fragm. 41.

1, 3. A, μῦες. Bene μῦας v. 16.

2. Suidas : ἀσπονδοὶ ἔχθροί, ἀδιάλλα-κτοὶ ἀσπείστον ἔχθραν, ἀσπονδον μῖσος.

6. A, ἀτάκτους. Scripsi ἀτάκτως. Nam subeuntur κίνδουνοι ἀτάκτως, non ἀτα-κτοὶ. Sed argumentorum simplicia non satis sunt criticis, quos dicunt, verba-libus, et ostendam ob scribendi com-pendia permutatos fines ους et ως. Ly-sias in Eratosth. § 36 : ὁμολογοῦσιν ἐκόντες πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀποκτινύναι. Inveni ἀκρίτως in Vati-

- Ἔβλυντο τοῖνον τοὺς γένει τε καὶ ῥώμῃ  
 γνῶμῃ τ' ἀρίστους, εἰς μάχην τε γενναίους,  
 οἱ σφᾶς ἐκόσμουν, καὶ διεῖλον εἰς ἴλας  
 10 λόχους τε καὶ φάλαγγας, ὥς ἐν ἀνθρώποις.  
 Ἐπεὶ δ' ἐτάχθη πάντα καὶ συνηθροίσθη,  
 καὶ τις γαλῆν μῦς προῦκαλεῖτο θαρσήςας,  
 οἳ τε στρατηγοὶ λεπτὰ πηλίνων τειχῶν  
 κάρφῃ μετώποις ἀρμόσαντες ἀχρεῖα,  
 15 ἡγοῦντο, παντὸς ἐκφανέστατοι πλήθους.  
 Πάλιν δὲ φύζα τοὺς μύας κατειλήφει.  
 Ἄλλοι μὲν οὖν σωθέντες ἦσαν ἐν τρώγλαις·  
 τοὺς δὲ στρατηγοὺς εἰστρέχοντας οὐκ εἶα  
 τὰ περισσὰ κάρφῃ τῆς ὀπῆς ἔσω δύνειν,  
 20 μόνον θ' ἐάλοσαν αὐτόθι τῶν μυχῶν πρόσθεν.  
 Νίκη δ' ἐπ' αὐτοῖς καὶ τρόπαιον εἰστήκει,  
 γαλῆς ἐκάστης μῦν στρατηγὸν ἐλκούσης.  
 Λέγει δ' ὁ μῦθος· « Εἰς τὸ ζῆν ἀκινδύνως  
 « τῆς λαμπρότητος εὐτέλεια βελτίων ».

cano 88, quod tenet et Coislilianus. Utraque lectio proba est, adestque aliis Lysiae locis : § 82 : τοὺς οὐδὲν ἀδικούντας ἀκρίτως ἀπέκτειναν· § 83 : πατέρας καὶ υἱεῖς καὶ ἀδελφοὺς ἀκρίτως ἀπέκτειναν. Qua in sententia ἀκρίτους ex varietate sumsit vir doct. Adjectivo usus est Isocrates Areop. § 67 : χιλίου· τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀπέκτειναν· adverbio Philo De Josepho § 10 : ἀκρίτως κατέγνω τοῦ μηδὲν ἡδικοῦτος· rursus Legal. § 32 : ἀκρίτους καταγνωσθῆναι χαλεπόν. Athenæus 5, 52 : ἀκρίτους ἀπώλλυε. Libanius t. 3, p. 67 : τῶν τὸ Σωκράτους μέρος οὐκ ἀπολωλότων ἀκρίτων· sic Reiskius e codice, quum scriptum olim esset ἀκρίτως. Ælianus H. V. 14, 27 : Ἀγησίλαος συν-βούλευσεν ἀκρίτως ἀποκτείνειν τοὺς συν-

ιόντας νύκτωρ. Basilus Hom. Mor. p. 347 : οἱ μὲν κατηγορούμενοι καταδικάζονται ἀκρίτως. Lysias in Diogit. § 17 : τοὺς δ' ἐμοὺς ἀδικεῖς, οὓς ἀτίμως ἐκ τῆς οἰκίας ἐκβαλὼν... Ibi ἀτίμως est in codicebus apud Grossum duobus. Jam possunt homines ἀκρίτως condemnari et ἀκριτοι, ἀτίμως et ἀτιμοὶ ejici ; subiri non queunt ἀτακτοὶ κίνδυνον, queunt ἀτάκτως.

9. Suidas : κοσμεῖ, διατάττει. Idem : ἰλάς, ἀγέλας ἡ τάξις... ἰλῆ... τάξις ὁχλον ἱπικιοῦ.

10. Suidas : λόχος, σύστημα ἐξ ἀνδρῶν ὀκτώ... et ex pluribus etiam. Habet Suidas duos hosce versus in Φρήτρα, ἡ συγγένεια, quos male critici ad Fab. 85 retulerunt : Οἱ σφᾶς ἐκόσμουν καὶ διεῖλον ἐς φρήτρας, Λόχους τε καὶ φάλαγγας,

Elegerunt igitur genere et robore prudentiaque insignissimos, et generosi spiritus bellatores, qui ipsos per ordines disposuerunt, et in agmina turmasque separarunt, et cohortes phalangesque, ut mos est inter homines.

Ergo postquam fuere cuncta disposita cunctique adunati, et duces, minutas ex cœnosis avulsas maceriis illigantes frontibus paleas male inutiles, præibant ante omnem eminentiores multitudinem, jam mustelarnm quamdam quidam murium forti confusus pectore provocabat. At rursus trepidus mures invasit pavor.

Ceteri quidem in cava salvi irrepserunt; duces vero superfluæ illæ stipulæ intus non sinebant penetrare foraminis, atque soli hic loci capti sunt, hærentes in portis. De iis reportata victoria fuit erectumque tropæum, unaquaque ducem mustela murem trahente.

Hoc monet fabula : « Ad vitam tuto transigendum fortuna-  
rum claritudine melius conducit humilitas ».

ὥσπερ ἀνθρώπους. Et hic sunt duplicis recensionis reliquæ.

12. Videtur meliorem fore ordinem sententiarum, si versus hic καὶ τις γαλῆν... post versum decimum quintum transponeretur. Et in latinis transposui.

13. Sunt τείχη propugnacula quæ sibi struxerant mures. Vel legendum τοίχων, et erunt τοίχοι muri quibus agri clauduntur, maceriæ luteæ.

16. Suidas : φύλα· δειλία, φυγή. A, κατελήφεν, fortuito, ut videtur, calamit ductu, pro κατελήφει, quod rescipsi. Valde placuit Babrio id tempus. Vide Fab. 13, n. 2. Vel est vitium in accentu, et legendum κατελήφεν.

17. Suidas : τρώγη, ἡ ὀπή. Et versum apposuit, auctore non nominato.

20. A, μόνοι θ' ἐάλωσαν αὐτόθι μυχῶν πρόσθεν. Scriptura corrupta est, sententia tamen integra. Aristophanes secundam in ἐάλω produxit, qui sic clausurit versum anapaesticum : Νάτος ἐάλω. Nunc erit ἐάλωσαν pæon tertius, eritque anapaëstus secundæ sedis, quod licentiæ sumsit poeta nonnusquam. Sed et sequentia claudicant. Non potest αὐτόθι locum tenere, ni τῶν addatur, et pes quartus fiet anapaëstus, qui per se valde incertus, omnino hic rejiciendus est post ἐάλωσαν secundæ sedis. Sanavi metrum quodammodo scripto ἐάλωσαν et addito τῶν. Placeret multum αὐτόθεν μυχ., « illico, confestim ».

23. Est τὸ ζῆν spondæus. Idem mendum F. 14, 5, ubi n.

ΑΒ΄.

## ΓΑΛΗ ΚΑΙ ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

Γαλῇ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθείσῃ  
 δίδωσι σεμνὴ Κύπρις, ἡ Πόθων μήτηρ,  
 μορφὴν ἀμειψαὶ καὶ λαβεῖν γυναικείην  
 καλῆς γυναικὸς, ἥς τις οὐκ ἔχων ἦρα·  
 5 ἰδὼν δ' ἐκεῖνος (ἐν μέρει γὰρ ἡλώκει)  
 γαμεῖν ἔμελλεν. Ἡρμένου δὲ τοῦ δεινποῦ,  
 παρέδραμεν μῦς. Ἡ δὲ τῆς βαθυστρώτου  
 καταβᾶσα κλίνης ἐπεδίωκεν ἡ νύμφη·

Conf. Coray. Fab. 169, p. 103, 155; Milleriana p. 257; Knochius Fragn. 8; Gregorius Naz. Tollii p. 62, v. 701.

1. Julianus Ep. 57, p. 113: τὸν μῦθον ἀκήκοας τοῦ Βαβρίου· « Γαλῇ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθείσα »· τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε. Resecanda verba τοῦ Βαβρίου nuper addita sine idonea auctoritate, cum nota nec ea bona qua confunduntur Babrius et Gabrias. Nec lectorem conturbat Julianea lectio γαλῇ ἐρασθείσα. Lapsus est memoriae. Adde Huschkium in Miscell. Matthiae t. 1, p. 11.

4. Forsan, ἥς τις οὐκ ἔχων ἦρα; « quam quis non ardebat »? sumto ἔχων ut in formula παιζεις ἔχων, memorata Gregorio Cor. Dial. Att. § 75, ubi vide interpretes. Plato Gorgias § 100: φλυαρεῖς ἔχων· ibi Thurot. p. 261, et Heindorf, quem vide et ad § 113, addito Astio ad Plat. Phædr. c. 12; et c. Photius Epist. 208, p. 208: ἐννοήσας τὸ

« ἐνίοι τινες » καὶ τὸ « σφᾶς αὐτούς » καὶ τὸ « ἀπῆλθεν ἔχων », ἃ τοῖς ἑλληνικοῖς πλεονάζει γράμμασι. Postulat vir doct. ad Viger. p. 777 unde phrasin ἀπῆλθεν ἔχων sumsisset Ruhlenkenius ad Tim. p. 258, et negat quoque posse ἀπῆλθεν ἔχων dici pro simplici ἀπῆλθε. Idoneum nunc habet auctorem Photium, quem respiciebat, opinor, professor batavus.

5. Suidas: ἐν τῷ μέρει, ἀντὶ τοῦ κατὰ τι μέρος διαδεχόμενος ἕτερος τὸν ἕτερον· καὶ αὐθις· « Ἰδὼν κακέινος (ἐν μέρει γὰρ ἡλώκει) Γαμεῖν ἔμελλεν ». Nec auctorem nominat. Veram lectionem, quam codex novus suppeditat, divinaverat Tuppianus Emend. t. 1, p. 178. Alii critici aliter.

6. A, ἡρμένου. Scripsi ἡρμένου. Suidas: αἰρεῖν... τράπεζαν παρατιθέναι· αἰρεῖν, καὶ τὸ προσφέρειν δηλοῖ... αἰρόμενος, φερόμενος.

7. A, παρέδραμε. Scripsi παρέδραμεν. Pæon secundus hic non convenit. Alius

## XXXII.

## MUSTELA ET VENUS.

Olim mustelæ, pulchrum quæ amabat virum, Cypris Augusta dedit, Cupidinum mater, formam mutare et fœmineam assumere, fœminæque venustæ, quam qui non habebat ardebat. Conspectam vir ille (nam captus est qui ceperat) uxorem ducere destinabat.

Mensa autem posita, mus prætercurrit, quem alte strato

pæon quintam Severi Sancti stropham corrumpit : « Nunc lapsa penitus spes opis est meæ ». Propono : « Nunc lapsa heu! penitus spes opis est meæ »; vel, « Nunc lapsa est penitus spes opis heu! meæ ». Eadem syllaba poterit implere numerum versiculi in *carmine populari*, cujus hanc stropham reperi laudatam a Magninio viro doct., qui de Sylloge Dumerilliana retulit nuper in Diario Eruditorum : « Mortui jacent sacerdotes Domini, Nec erat membra qui sepulcro conderet; Post terga viuncti captivantur alii, Servituri ». Quartus versus est brevior; nam in ceteris strophis quinis constat syllabis. Legerim : « Heu! servituri ». Tres primi versus constant syllabis duodecim cum accentu antepenultimo extremi vocabuli. Inde manifestum inest vitium huic strophæ : « Illa quis luctus esse die potuit, Quum inde flammæ, hinc sævirent gladii, Et ætati teneræ nec sexui Parceret hostis.

Deest versui tertio syllaba. Legerim : « neque sexui ». Aliud est mendum in alia strophæ : « Hoc autem scelus peractum, quod descripsi rhythmicæ, Angelbertus ego vidi, pugnansque cum aliis, Solus de multis remansi prima fontis acie ». Bene intellexit Magninius legendum esse « frontis ». Constant versus isti syllabis quindecim, cum cæsura post octavam et accentu penultimo prioris hemistichii, posterioris antepenultimo. Simile metrum tractans ad Anecdota Nova t. 1, p. 405, non animadvertentem esse similes hemistichiorum tonos.

7. Suidas : βαθυστρώτος κοίτη · « τὸν δὲ τῆς βαθυστρώτου καταβᾶσα κοίτης ἐπεδίωκεν ἡ νύμφη » · ἀντὶ τοῦ πολυτελοῦς. Nec addit auctoris nomen. Valde placet Suidæ varians lectio τὸν δέ.

8. Νύμφη) Nazianzenus : Νύμφη μὲν ἦν, γαλῆ δέ. Præcessit versus mendosus : Γαλῆν καθίζει μῦθος εἰσω παστάδος ·

γάμου δὲ δαιτὴ λέλυτο. Καὶ καλῶς παίζας  
10 Ἔρωσ ἀπῆλθε. Τῇ φύσει γὰρ ἡττήθη.

Πρὸς τοὺς τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων ὁρᾶν ὡς ἔχει μὴ βουλο-  
μένους, τῇ δὲ τούτων φαντασίᾳ πλανωμένους ἐλεγchon ὁ μῦθος  
ἔχει.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Δ.

ΑΓ'.

ΓΕΩΡΓΟΣ ΚΑΙ ΨΑΡΕΣ.

Δυσμαὶ μὲν ἦσαν Πλειάδων, σπόρου δ' ὥρη·  
καὶ τις γεωργὸς πυρὸν εἰς νεῖον ῥίψας,  
ἐφύλασσαν ἐστῶς. Καὶ γὰρ ἄκριτον πλήθει  
μέλαν κολοιῶν ἔθνος ἦλθε δυσφώνων,  
5 ψᾶρές τ' ὄλεθρος σπερμάτων ἀρουραίων.  
Τῷ δ' ἡκολούθει σφενδόνην ἔχων κοίλην  
παιδίσκος. Οἱ δὲ ψᾶρες ἐκ συνηθείης  
ἤκουον εἰ τὴν σφενδόνην πότ' ἡτήκει,  
καὶ πρὶν λαβεῖν ἔφευγον. Εὔρε δὲ τέχνην

Νύμφη γὰρ εἶχε, νυμφικῶς ἐσταλμένη.  
Propono v. γὰρ εἶπε, vel νύμφη γ. ἔσκε.

9. Α, γάμου δὲ δαιτὶ δέδυτο. In quibus  
quis sensus sit non video. Scripsi pro-  
babilissime : γάμου δὲ δαιτὴ λέλυτο.  
Suidas : δαιτὴ ἐπ' εὐθείας διὰ τοῦ η, ἡ  
εὐωχία. De accentu cum Suida non con-  
venit Arcadio. Sed potuit Babrius δαιτὴ

pronunciare ; illumque forsitan respexit  
Suidas, qui ejus fabulas assidue versa-  
bat.

10. Α, τῷ φύσει. Correxerat τῇ vir d.  
anonymus.

Fab. XXXIII. Cf. Coray. F. 418, in qua  
plurimi insunt choliambici, quos circa  
plerumque lusit operam vir optimus.

descendens lecto sponsa persequuta fuit; sicque solutum est nuptiale convivium. Ac belle quum risisset, Amor abiit.

Natura enim mulier victa fuit.

Eos qui rerum naturam quo habeat modo cernere nolunt, sed earum speciosa imagine decipi se patiuntur, redarguit fabula.

## XXXIII.

## AGRICOLA ET STURNI.

Pleiadum aderat occasus tempusque sementis; et agricola quidam, tritico in sulcos jacto, id custodiens stabat. Numero quippe carens advolavit nigra graculorum natio rauca sonantium, sturnique seminum calamitas cerealium.

Huic comes erat fundam manu tenens cavam puerulus.

Ausculabant autem sturni an, ut solebat, fundam forte petiisset, et, priusquam manu cepisset, aufugiebant. Ideo

1. « Occidunt Pleiades autumnali tempore » (Servio monente ad Virg. G. 4, 232), quod est arationi et sementibus adcommodum. Hesiodus E. v. 381 : Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομένων Ἀρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοις δὲ δυσσομένεων. Vide Stanl. ad Agam. 835.

2. Suidas : νεῖος, ἡ νενεασμένη γῆ.

5. A, φάρες. Sed ψάρες bene v. 15.

Junxit Homerus κολοιούς τε ψῆράς τε, Il. 16, 583.

8 A, ἡτήκει. Proposuit scribere vir d., ἡχῆκει. Corayana, ποτ' ἰθύνει. Scripsi ἡτήκει.

9. Adscripsit Μηνᾶς corrigendum βαλεῖν. Hoc etiam exhibet fabula Corayana. Servavi λαβεῖν quod loco apprimae convenit.



- 10 ὁ γεωργὸς ἄλλην· τὸν τε παῖδα φωνήσας  
 ἐδίδασκεν· « ὦ παῖ· χρὴ γὰρ ὀρνέων ἡμᾶς  
 « σοφὸν δολῶσαι φύλον. Ἡνίκ' ἂν τοίνυν  
 « ἔλθωσιν, ἐγὼ μὲν » εἶπεν, « ἄρτον αἰτήσω·  
 « σὺ δ' οὐ τὸν ἄρτον, σφενδόνην δέ μοι δώσεις ».
- 15 Οἱ ψᾶρες ἤλθον, κἀνέμοντο τὴν χώραν.  
 Ὁ δ' ἄρτον ἤτει, καθάπερ εἶχε συνθήκην,  
 Οἱ δ' οὐκ ἔφευγον. Τῷ δ' ὁ παῖς λίθων πλήρη  
 τὴν σφενδόνην ἔδωκεν· ὁ δὲ γέρων ρίψας  
 τοῦ μὲν τὸ βρέγμα, τοῦ δ' ἔτυψε τὴν κνήμην,  
 20 ἐτέρου τὸν ὦμον. Οἱ δ' ἔφευγον ἐκ χώρας.  
 Γέρανοι συνήντων, καὶ τὸ συμβᾶν ἡρώτων.  
 Καί τις κολοιῶν εἶπε· « Φεύγετ' ἀνθρώπων  
 « γένος πονηρὸν, ἄλλα μὲν πρὸς ἀλλήλους  
 « λαλεῖν μαθόντων, ἄλλα δ' ἔργα ποιούντων ».
- 25 Δεινὸν τὸ φύλον τῶν δόλω τι πραττόντων.

ΛΔ'.

## ΠΑΙΣ ΕΣΘΙΩΝ ΣΠΛΑΓΧΝΑ.

Δήμητρι ταῦρον ὄχλος ἀγρότης θύων,

12. A, ἡνίκα. Sumsi necessariam lectionem ἡνίκ' ἂν e textu Corayanæ.

15. A, καὶ ἐνέμοντο. Scripsi κἀνέμοντο. Corayana, καὶ νέμοντο. Sed de omissione augmenti valde dubito. Est κάτρεφε, 76, 2; κάφίλει, 106, 7. Exstat quidem ἀεὶ βόσκοντο in fragmento apud

Suidam v. γέρανος. Sed vide n. ad Fab. 64, 12; 65, 1.

19. Suidas : βρέγμα καὶ βρέγμον· τὸ ὑπερμετώπιον μέρος.

24. A, ἄλλα δὲ ποιούντων. Supplementum obtulit editio Corayana. Faernus affabulatione Fabulæ Lupi et Mu-

dolum excogitavit alium agricola; vocatumque ad se puerum his monuit verbis: « Puer! oportet scilicet astutam astu fallere  
 « avium gentem. Idcirco quum venerint, » inquit, « ego panem  
 « postulabo; tu vero non panem, sed mihi fundam dabis ».

Venerunt sturni et agrum depascebant. At ille poscebat panem, ex pacto, sturnique non fugiebant. Tum plenam saxis fundam tradidit puer seni, qui misit, et hujus sinciput, illius percussit tibiā, alius humerum. Ab agro sturni fugerunt procul. Quos obviæ grues quid accidisset interrogabant. Et ex graculis unus « Fugite » dixit, « hominum genus malignum, qui solent inter se loqui aliter et aliter agere ».

Pessimum est illorum genus qui utuntur dolo.

## XXXIV.

## PUER EXTA COMEDENS.

Cereri taurum turba rustica quum immolarent, amplam

lieris, quæ fabula conferenda est cum Babriana 16: « proli supreme Jupiter! Alia dicunt, alia faciunt hinc mortales, ait ».

25. A, ὅτι δεινόν. Sublato ὅτι versum habui choliambicum, poetæ, ut visum est, restituendum. Nam potest quidem

affabulator prosaicus in versum choliambicum forte incidere, sed non usus esset nomine φῶλον. Epimythio caret fabula Corayana.

Fab. XXXIV. Conf. Coray. Fab. 262, p. 173, 391; Milleriana p. 255; Knochiū fragm. 42.

- ἄλω πλατεῖαν οἰνάσιν κατεστρώκει,  
 κρεῶν τραπέζας εἶχε, καὶ πίθους οἴνου.  
 Ἐκ τῶν δὲ παίδων ἐσθίων τις ἀπλήστως  
 5 ὑπὸ τῶν βοείων ἐγκάτων ἐφυσήθη,  
 κάπῃλθ' ἐς οἴκους, γαστρὸς ὄγκον ἀλγήσας.  
 Πесὼν δ' ἐφ' ὕγραῖς μητρὸς ἀγκάλαις, « Οἴμοι!  
 « Τί ταῦτ' »; ἐφώνει· « δυστυχῆς ἀπουθνήσκω.  
 « Τὰ σπλάγχνα γὰρ, τεκοῦσα, πάντα μου πίπτει ».  
 10 Ἡ δ' εἶπε· « Θάρσει, κάποδάλλε· μὴ φείδου·  
 « οὐ γὰρ σά, τέκνον, ἀλλ' ἐμεῖς τὰ τοῦ ταύρου ».  
 Ὄταν ὄρφανοῦ τις οὐσίαν ἀναλῶσας,  
 ἔπειτα ταύτην ἐκτίνων ἀποιμώζῃ,  
 πρὸς τοῦτον ἂν τις καταχρέοιτο τῷ μύθῳ.

ΛΕ'.

## ΠΙΘΗΚΟΙ.

Δύο μὲν υἱοὺς ἡ πίθηκος ὠδίνει·  
 τεκοῦσα δ' αὐτοῖς ἐστὶν οὐκ ἴση μήτηρ·  
 ἀλλ' ὃν μὲν αὐτῶν, ἀθλήης ὑπ' εὐνοίης,  
 θαλάπουσα κολποῖς ἀγρίοις ἀποπνίγει,

2. Α, Οἰνάσι. Feci creticum. Est οἰνάσιν nove dictum pro viteis foliis, pro οἰνάρους, quod vocabulum invenerat Suidas : οἰνωρα τὰ τῆς ἀμπελου φύλλα· « Δῆμητρι ταύρων ὄχλον ἀγρότης θύσας Ἄλω πλατεῖαν οἰνάρους ὑπεστρώκει ».

Babrium non nominavit Suidas, qui in priore versu corrigitur ex codice hocce meo, sed cui et οἰνάρους relinquam et ὑπεστρώκει. Sunt et hic duarum recensionum vestigia.

3. Fors. τραπέζας τ'. Sed potest abesse

aream pampinis constraverant, carnibusque mensas onustas habuere ac vini dolia.

Unus autem ex pueris, quum inexpletum comedisset, bovinis extis inflatus rediit domum ac ventriculi tumore dolens. Tum mollibus matris incidens ulnis, « Hei mihi! quid ista »? clamabat. « Morior miser. Viscera enim mihi, mater, procidunt omnia ». Quæ contra: « Bono sis animo, et rejice cuncta. Ne parcito. Namque non tua, nate, vomis, sed tau-rina ».

Consumpta si quis a se orphani fortunas ac bona persolvens ploret, in illum hac pote est uti fabula.

## XXXV.

## SIMIL.

Catulos simia duos gestat in utero, quos quum peperit, non est æqua utrique mater. Ast alterum dira præ caritate sævis

conjunctio. Cf. n. ad Fab. 25, 4; 27, 6.

6. A, κ' ἀπὸ γλῶτ.

10. A, κ' ἀπόβαλλε.

12. A, ὅτ' ἔν. Et alibi, quod deinceps non notabo.

13. A, ἀποιμόζη.

14. Adscripsit Μηνᾶς: « Βαλερίας

parait avoir souffert de la part de son mauvais tuteur. Autrement il ne devait pas restreindre l'idée de la fable dans cette seule circonstance que son affabulation désigne ».

Fab. XXXV. Conf. Coray. Fab. 267, p. 177, 396; Avianus Fab. 35.

- 5 τὸν δ' ὥς περισσὸν καὶ μάταιον ἐκβαλλει.  
 Κάκεινος ἐλθὼν εἰς ἐρημὴν ζῶει.  
 Τοιοῦτο πολλῶν ἐστὶν ἦθος ἀνθρώπων,  
 οἷς ἐχθρὸς αἰεὶ μᾶλλον ἢ φίλος γίγνου.

## ΛΓ'.

## ΦΗΓΟΣ ΚΑΙ ΚΑΛΑΜΟΣ.

- Δρυὶν αὐτόρριζον ἄνεμος ἐξ ὄρους ἄρας  
 ἔδωκε ποταμῷ· τὴν δ' ἔσυρε κυμαίνων,  
 πελώριον φύτευμα τῶν πρὶν ἀνθρώπων·  
 Πολὺς δὲ κάλαμος ἐκατέρωθεν εἰστήκει  
 5 ἐλαφρὸν ὄχτης ποταμίας ὕδωρ πίνων.  
 Θάμβος δὲ τὴν δρυὶν εἶχε, πῶς ὁ μὲν λίην  
 λεπτὸς τε ὢν καὶ βληχρὸς οὐκ ἐπεπτώκει,  
 αὐτὴ δὲ τόσση φηγὸς ἐξερρίζωθη.  
 Σοφῶς δὲ κάλαμος εἶπε· « Μὴδὲν ἐκπλήσσου·  
 10 « σὺ μὲν μαχομένη ταῖς πνοαῖς ἐνικήθης,  
 « ἡμεῖς δὲ καμπτόμεσθα μαλθακῇ γνώμῃ,  
 « καὶ βαιὸν ἡμῶν ἄνεμος ἄκρα κινήσῃ ».  
 Κάλαμος μὲν οὕτως· ὁ δὲ γε μῦθος ἐμφαίνει  
 μὴ δεῖν μάχεσθαι τοῖς κρατοῦσιν, ἀλλ' εἵκειν.

8. Μηνᾶς adscriptis : « l'affabulation n'est pas bien appliquée. Si j'étais Βαλεβρίας, j'aurais mis la suivante : Ἀστροφος ὢν πρὸς τὴν ἐρασμίζην γένναν, Οὐκουν ὃ γ' ἂν στέρξειεν ἄλλον ἐν κόσμῳ ».

Fab. XXXVI. Conf. Coray. Fab. 142,

p. 84, 85, 340, 341, 342; Aviani Fab. 16.

3. Suidas : πελώριος, μέγας.

7. Α, κάμβληχρός. Scripsi καὶ βληχρός. Forsan etiam κάβληχρός. Notandum esse et similis formæ nomen ἀμβληχρώδης Fab. 93, 5.

fovens ulnis suffocat, alterum velut supervacuum abjicit et inutilem. Et hic egressus in solitudines vita fruitur.

Parilis multorum est hominum indoles, quibus inimicus sis semper potius quam amicus.

## XXXVI.

## FAGUS ET ARUNDO.

Quercum ipsis cum radicibus ventus ex monte avellens amni tradidit. Et illam amnis trahebat undosus, ingentem priscorum hominum arborem. Plurima autem arundo utrinque stabat, levem ripæ fluvialis laticem bibens.

Et admiratio incessit quercum, cur valde tenuis quæ sit ac fragilis arundo non ceciderit, ipsa autem tam vasta fagus jaceret eradicata.

Tum prudenter arundo « Ne stupeas, » inquit. « Tu quidem decertans aquilonibus superata fuisti; incurvescimus ingenio flexibili, si vel levior nostra moveat ventus cacumina ». Sic arundo.

Monstrat vero fabula non esse certandum potentioribus, sed cedendum.

8. A, αὐτή. Scripsi αὐτή. Non enim monstrat quamdam quercus fagum colapsam, sed se vocat ipsa fagum. Quod quam potuerit apte facere ostendit Dioscorides 1, 144 : ἡ φηγός καὶ ἡ πρίνος εἶδη ὄντα ὀρυός...

9. A, σοφῶς, sed e correctione posteriore. Monet Μηνᾶς fuisse prius σοφός scriptum.

11. A, χαμπτόμεθα, laborante metro, cui subveni addita litera sibilante.

14. « Le copiste a laissé du blanc

## ΑΖ'.

## ΔΑΜΑΛΙΣ ΚΑΙ ΤΑΥΡΟΣ.

- Δάμαλις ἐν ἀγροῖς, ἄφετος, ἀτριβῆς ζεύγλης,  
 κάμνοντι καὶ σύροντι τὴν ὕνιν ταύρω,  
 « Τάλας », ἐφώνει · « μόχθον οἶον ὀτλεύεις »!  
 Ὁ βοῦς δ' ἐσίγα χυπέτεμνε τὴν χώραν.  
 5 Ἐπεὶ δ' ἔμελλον ἀγρόται θεοῖς θύειν,  
 ὁ βοῦς μὲν ὁ γέρων εἰς νομάς ἀπεζεύχθη ·  
 ὁ δὲ μόσχος ἀδμῆς κείνος εἴλκετο, σχοίνῳ  
 δεθεὶς κέρατα, βωμὸν αἵματος πλήσων.  
 Κἀκεῖνος αὐτῷ τοιάδ' εἶπε φωνήσας ·  
 10 « Εἰς ταῦτα μέντοι μὴ πονῶν ἐτηρήθης ·  
 « ὁ νέος παρέρπεις τὸν γέροντα, καὶ θύῃ,  
 « καὶ σου τένοντα πέλεκυς, οὐ ζυγὸς τρίψει ».

Διδάσκει ἡμᾶς ὁ μῦθος, ὅτι ἡ καλὴ ἐπιστήμη ἐκ θανάτου  
 ῥύεταί.

pour deux lignes, ayant cru que l'affabulation manquait. Mais il est à remarquer que les affabulations, qui sont en prose, ne sont pas de la plume de Βαλεθρίας. Elles sont faites par des copistes postérieurs. L'auteur joint la maxime morale au corps de la fable. » ΜΗΝΑΣ. Conf. extr. p. 9.

Fab. XXXVII. Cf. Cor. F. 174, p. 107, 360; Knochli Fr. 32; Avian. Fab. 36.

1. Suidas : ζεύγλη, τὸ ἄκρον τοῦ ζυγοῦ, καθ' ὃ ἐντίθησι τοὺς τραχήλους τὰ ζῶα.

2. Suidas : ὕνιν, γεωργικὸν ἐργαλεῖον.

3. Suidas : ὀτλος, ἡ κακοπάθεια · καὶ ὀτλεύω, τὸ κακοπαθεῖν. Ac versum apponit, auctore non nominato.

4. A, καὶ ὑπέτεμνε. Crasin feci. A, χώραν. Scripsi χώραν, imitatus Fab. 33, 15, 20.

6. A, ἐπεζεύχθη. Scripsi ἀπεζεύχθη. Correctionem confirmat collatarum fabula secunda p. 107 : ὁ μὲν γέρων βοῦς ἀποζευχθεὶς εἰς νομὴν ἀπελύθη.

7. A, ἀδμῆς κεινός · lapsu calami pro

## XXXVII.

## VITULUS ET TAURUS.

Vitulus in arvis liber jugique duri expers laboranti et vomerem trahenti tauro « Miser, » clamabat, « laborem quantum « sustines »! Attamen bos tacebat findebatque solum. Quum autem esset a rustica tribu faciendum deis sacrum, senex bos fuit ad pascua solutus iugo; at vitulus cervicem adhuc intactus ille trahebatur iunco vinctus cornua, aram sparsurus sanguine.

Cui bos alta voce hæcce dixit: « Ad talia porro laborum « immunis servatus fuisti! Juvenculus prætervadis senem me, « et cadis hostia, cervicemque tuam securis conteret, non « jugum ».

Nos docet fabula ingenuam scientiam a morte defendere.

καίνος. Me Μηνᾶς monet esse in ipso codice, ἀδμήσκειν δέ, quod in describendo apographo correxit.

8. A, πλήσσω. Scripsi πλήσων. Servato πλήσσω, requiri videtur αἵματι. Et præsens tempus minus idoneum est. Trahebatur enim non feriens, sed feriturus. Erit πλήσων ab πλήθω. Fab. 61, 2: κύρτον ἰχθύων πλήσας. Et similes amat clausulas: Fab. 31, 2, πόλεμον αἱμάτων πλήρη 1, 3; 95, 62: φόβου πλή-

ρης 4, 2: ὄψου πλήρης 5, 3: τραυμάτων πλήρης 97, 6: θερμοῦ πλήρη 99, 3: λίπους πλήρης 10, 3: χρυσίου πλ. 11, 7: ἐλπίδων πλ. 33, 17: λίθων πλ. Et amat πλήθος in clausula: Fab. 12, 2, φυγή πλήθους 31, 15; 33, 3; 109, 16. Cf. et 117, 7. Quod quidem argumentum est infirmum.

10. A, μὴ πονεῖν. Scripsi μὴ πονῶν ex fabula collata, ubi μὴ κάμνων ἐτηρήθη.



ΛΗ'.

ΠΕΥΚΗ.

Δρυτόμοι τινές, σχίσαντες ἀγρίαν πεύκην,  
 ἐνῆραν αὐτῇ σφῆνας, ὡς διασταίη,  
 γένοιτό τ' αὐτοῖς ὁ πόνος ὕστερον ῥάων.  
 Πεύκη στένουσα « Πῶς ἄν » εἶπε, « μεμφοίμην  
 5 « τὸν πέλεκυν, ὅς μου μὴ προσῆκε τῇ ῥίζῃ,  
 « ὡς τοὺς κακίστους σφῆνας, ὧν ἐγὼ μήτηρ;  
 « ἄλλος γὰρ ἄλλη μ' ἐμπεσὼν διαῤῥήσσει ».

Ὁ μῦθος δ' ἡμῖν τοῦτο πᾶσι μῆνύει,  
 ὡς οὐδὲν οὔτω δεινὸν ἄν πρὸς ἀνθρώπων  
 10 πάθοις τι τῶν ἔξωθεν, ὡς ὑπ' οἰκείων.

ΛΘ'.

ΔΕΛΦΙΝΕΣ ΚΑΙ ΚΑΡΚΙΝΟΣ.

Δελφῖνες αἰεὶ διεφέροντο φαλαίναϊς.

Fab. XXXVIII. Cf. Cor. F. 179, p. 100, 101, 363, 364; Knochii Fragm. 17.

2. Est ἐνῆραν, quod habet nitide A, ab ἐνείρω. Plerumque quidem non mutatur syllaba. Hesychius : ἐνείρον, ἐνέβαλον. Sic variatur in εἰκαζον et ἡκαζον. Sed forsitan reponendum ἐνῆκαν. Nam

dubitationis nonnihil parit Suidæ locus: ἐναφῆκαν, ἐνέβαλον · « ἐναφῆκαν τῇ δρυὶ σφῆνας, ὡς διασταίη ». Tribuit fragmentum Babrio Tyrwhitt. p. 52, et apte huic fabulæ Knochius. Versus inde facile fiet, inserto pronomine Ἐναφῆκαν αὐτῇ σφῆνας ὡς διασταίη. Restitutionis

## XXXVIII.

## PINUS.

Pino silvestri, quam scindebant, lignatores inseruere cuneos, hiaret ut diffissa, fieretque deinceps opera faciliior.

Gembunda pinus « Oh! » dixit, « si possim culpae securim, quæ meæ non est conveniens radici, sicuti cuneos istos pesimos, quorum ego mater! alius enim alias penetrans me disrumpet mediam ».

Fabula nobis id significat omnibus, nihil tam dirum ab hominibus passurum te exteris quam a propinquis.

## XXXIX.

## DELPHINI ET CANCER.

Delphini perpetuas cum balænis simultates exercebant. Utris-

veram Tyrwhittus rationem perspexerat.

9. A, δεινὸν ἂν ὑπ' ἀνθρ. Scripsi πρὸς, ut versus incedere posset. Affabulatio fabulæ in Corayana p. 364 : ὅτι ἀπαιώτερον τὸ ὑπὸ τῶν οἰκείων πάσχειν τι δεινόν, ἢ ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Conjicit pro

ἀπαιώτερον Corayus scribendum λυπηρότερον, Schæferus multo melius et vere, puto, ἀπαισιώτερον. Forsan etiam, ἀπευχταίωτερον.

Fab. XXXIX. Conf. Coray. Fab. 179, p. 110, 362.

1. A, αἰεί. Scripsi αἰεί. A, φαλλαιναις.

τούτοις παρήλθε καρκίνος μεσιτεύων ·  
 ὡς εἴ τις ὦν ἄδοξος ἐν πολιτείαις  
 στάσιν τυράννων μαχομένων εἰρηνεῦοι.

Μ'.

ΚΑΜΗΛΟΣ.

Διέβαινε ποταμὸν ὄξυν ὄντα τῷ ρείθρῳ  
 κυρτὴ κάμηλος, εἴτ' ἔχεζε. Τοῦ δ' ὄνθου  
 φθάνοντος αὐτὴν, εἶπεν· « Ἡ κακῶς πράττω ·  
 « ἔμπροσθεν ἤδη μου τὰ γ' ὀπισθὲν μου βαίνει ».  
 5 Πόλιν ἂν τις εἴποι τὸν λόγον τοῦ Αἰσώπου,  
 ἥς ἔσχατοι κρατοῦσιν ἀντὶ τῶν πρώτων.

ΜΑ'.

ΣΑΥΡΑ.

Διαρράγῃναί φασιν ἐκ μέσου νώτου  
 δράκοντι μῆκος ἐξισουμένην σαύραν.

2. A, καρκίνος. Alium tonam postulabat creticus.

4. Suidas : εἰρηνεῦω, αἰτιατικῇ. Post hunc versum est in A spatium relictum vacuum, cum notula, λείπει.

Fab. XL. Cf. Coray. F. 342, p. 223, 406.

4. A, ἔμπροσθεν ἤδη τὰ γ' ὀπισθὲν μου βαίνει. Erat in ipso codice τάχ'. Correxerit Minas, τὰ γ'. Addidi prius μου, quum deesset syllaba. Pronomen bis exhibent collatae fabulae : τὰ ὀπισθὲν μου ἔμπροσθέν μου νῦν ὁρῶ διερχόμενα — τὰ

que accessit cancer pacis sequester; veluti si quis in civitate homo inglorius discordiam decertantium tyrannorum veniat pacificaturus.

## XL.

## CAMELUS.

Trajiciebat amnem cito labentem flumine gibbera camelus; tum cacavit. Quam quum stercus præverteret, « Utique, » ait, « male habeo. Jam ante me natant quæ sunt corpus pone « meum ».

De civitate intelliget aliquis Æsopi sermonem, in qua primorum loco infimi dominantur homines.

## XLI.

## LACERTUS.

Disruptum fuisse dorsum per medium lacertum ferunt, qui serpentis longitudini æquare se conabatur.

ἐξόπισθέν μου ἔμπροσθέν μου ὁρῶ διερχόμενα — τὰ ἐξόπισθέν μου νῦν ἔμπροσθέν μου τεύεσθαι. Fugaretur ex sede quarta anapæstus, scripto δπιθέν μου.

5. A, πόλις. Malim, τὸν λόγον τὸν Αἰσώπου.

Fab. XLI. Argumentum idem notæ fabulæ de rana se ad bovis molem æquandam inflante. Cf. Fab. 28.

2. A, μήκους. Quod mutavi, syntaxi, ut videtur, postulante.

« Βλάψεις σεαυτήν, κούδεν ἄλλο ποιήσεις,  
 « ἂν τόνδε λίαν ὑπερέχοντα μιμήσῃ ».

ΜΒ'.

### ΚΥΩΝ ΚΑΙ ΜΑΓΕΙΡΟΣ.

Δειπνόν τις εἶχεν ἐν πόλει λαμπρὸν θύσας.  
 Ὁ κύων δὲ τούτου κυνὶ φίλῳ συναντήσας,  
 ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἠρώτα·  
 κακείνος ἦλθε. Τὸν δὲ τοῦ σκέλους ἄρας  
 5 ὁ μάγειρος, ἐκτὸς ἐξέρριψε τοῦ τοίχου  
 ἐς τὴν ἀγυιάν. Τῶν κυνῶν δ' ἐρωτώντων  
 ὅπως ἐδείπνησ', εἶπε· « Πῶς γὰρ ἂν κρεῖττον,  
 « ὅς οὐδὲ ποῖαν ἀναλύειν με γινώσκω »;

Ὅτι τοῖς μὴ λόγῳ τοῖς πράγμασιν ἐγχειροῦσιν ἔπεται πολλά-  
 κς τὸ κακῶς ἐν αὐτοῖς πάσχειν.

3. Α, σεαυτόν.

4. In hoc versu desinit fabula mu-  
 tila.

Fab. XLII. Cf. Coray. F. 129, p. 71, 331.

4. Verba τοῦ σκέλους ἄρας legentur et  
 Fab. 120, 4.

« Te lædes ipse, nihilque facies aliud, si huncce valde  
« vastiorem imitaberis ».

## XLII.

## CANIS ET COQUUS.

Cœnam aliquis post sacrificium lautam faciebat. Canis ejus amico cuidam cani factus obviam ad se ut veniret cœnaturus rogabat; qui rogatus venit.

Ast illum arreptum crure coquus extra parietem emisit in vicum. Canibus vero sciscitantibus quo cœnaverit modo, « Quo, » dixit « potui melius, qui ne noverim quidem qua egressus inde  
« sim via » ?

Iis qui inconsiderate accingunt se negotiis accidit sæpe ut minus prospere succedat.

8. A, ποῖ ἄν. Scripsi ποῖαν, videlicet ὁδόν, ellipsi solita. Faernus 5, 2, simili fabula : « tam madens atque ebrius Re-

« vector, ac distentus, ut ne ipsam qui-  
« dem, Qua egressus inde sum, viam  
« animadverterim ».

## ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ε.

## ΜΓ'.

## ΕΛΑΦΟΣ ΚΑΙ ΚΥΝΗΓΕΤΑΙ.

- Ἐλαφος κεράσσης, ὑπὸ τὸ καῦμα διψήσας  
 λίμνης ὕδωρ ἔπινεν ἡσυχάζουσας·  
 ἐκεῖ δ' ἑαυτοῦ τὴν σκιὰν θεωρήσας,  
 χηλῆς μὲν ἔνεκα καὶ ποδῶν ἐλυπήθη,  
 5 ἐπὶ τοῖς δὲ κέρασιν ὡς καλοῖς ἄγαν ἤχχει.  
 Παρῆν δὲ Νέμεσις, ἥ τὰ γαῦρα πημαίνει.  
 Κυνηγέτας γὰρ ἄνδρας εἶδεν ἐξαίφνης  
 ὁμοῦ σαγῆναις καὶ σκυλαξιν εὐρίνοις·  
 ἰδὼν δ' ἔφευγε, δίψαν οὐδέπω παύσας,  
 10 καὶ μακρὸν ἐπέρα πεδίον ἵχνεσιν κούφοις.  
 Ἐπεὶ δὲ δρόμῳ σύνδενδρον ἦλθεν εἰς ὕλην,  
 κέρατα θάμνοις ἐμπλαχεῖς ἐθηρεύθη.  
 Καὶ ταῦτ' ἔφη· « Δύστηνος, ὡς διεψεύσθην!  
 « οἱ γὰρ πόδες μ' ἔσφζον, οἷς ἐπηδούμην·  
 15 « τὰ κέρατα δὲ προὔδωκεν, οἷς ἐγαυρούμην »·

Conf. Corayus Fabula 181, p. 111, 112, 113, 364, 365; Milleriana pag. 257; Knochii Fragmentum 29; Phaedrus 1, 12.

3. Α, ἐκεῖ δὲ αὐτοῦ. Scripsi, ἐκεῖ δ' ἑαυτοῦ.

6. Suidas: Νέμεσις. . . . « Παρῆν δὲ Νέμεσις ἥ τὰ γῆς ἐποπτεύει » ἥ καὶ ἀλ-

λως· « ἡ τὰδε κ' ἐποπτεύει ». Prioris lectionis sententia argumento vix est apta, posterior non apta versui. Videsis virorum doctorum opiniones in Knochii libro. Nostra recensio utrique satisfacit rationi. Vocabulo γαῦρον usus est Fab. 29, 74, 95. Cf. et F. 11, n. 4.

8. Suidas: εὐρίνος, εὐόσφρητος.

## XLIII.

## CERVUS ET VENATORES.

Corniger Cervus ab æstu sitiens tranquilli bibebat aquam lacus; atque ibi suam quum vidisset umbram, de ungula doluit et pedibus, at cornibus valde superbiebat.

Aderat autem Nemesis, quæ fastosas mentes affligit damno.

Illico enim homines conspexit venatores una cum retibus et canibus solerter sagacibus; conspectisque fugiebat, siti nondum sedata, et longum levibus campum superabat vestigiis.

Sed quum cursu densam arboribus pervenit ad silvam, cornibus inter frutices implicitis, captus est, hancque edidit vocem:

« Infelicem ut me malus abstulit error! Pedes enim me  
« servabant, quorum me pudebat; at prodidere quibus gloria-  
« bar cornua ».

9. A, ἴχνεσι. Feci creticum.

11. A, ἐπεὶ δὲ σύνδενδρον ἦλθεν εἰς ὕλην. Excidit nonnihil. Facilis correctio, sed incerta, quoniam multimodis fieri potest: ἐπεὶ δὲ δρόμῳ, ἐπεὶ δὲ δραμῶν, ἐπεὶ δὲ τρέχων, ἐπεὶ δὲ τινα, ἐπεὶ δὲ σύνδενδρόν τιν' ἦλθεν, ἐπεὶ δὲ σύνδενδρον

παρῆλθεν εἰς. Quod elegi verum esse nullatenus præsto. Fabulæ collatæ: ἐπεὶ δὲ κατὰ τινα δρυμὸν παρεγένετο... ἐπεὶ πολλὸν δὲ τόπον δραμῶν καὶ εἰς ὕλην ἐμβάς... τὰ σκέλη διέσωσαν ἐν κρησφυγέτῳ τινί.

13. A, ὥς.



Περὶ τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων ὅταν κρίνης,  
μηδὲν βέβαιον ὑπολάβῃς, προγινώσκων,  
μήτ' αὐτὸ ἀπογνῶς, μηδ' ἀπελπίσης· οὕτω  
σφάλλουσιν ἡμᾶς ἐνίοθ' αἱ πεποιθήσεις.

ΜΔ'.

#### ΤΑΥΡΟΙ ΚΑΙ ΛΕΩΝ.

Ἐνέμοντο ταῦροι τρεῖς αἰεὶ μετ' ἀλλήλων.  
Λέων δὲ τούτους συλλαβεῖν ἐφεδρεύων,  
ὁμοῦ μὲν αὐτοὺς οὐκ ἔδοξε νικήσειν·  
λόγοις δ' ὑπόλοις διαβολαῖς τε συγκρούων,  
5 ἐχθροὺς ἐποίει, χωρίσας δ' ἀπ' ἀλλήλων,  
ἕκαστον αὐτῶν ἔσχε ῥαδίαν θοίνην.  
Ὅταν μάλιστα ζῆν θέλῃς ἀκινδύνως,  
ἐχθροῖς ἀπίσται, τοὺς φίλους δ' αἰεὶ τήρει.

Conf. Coray. Fab. 296, p. 193, 401.

1. A videtur habere αἰεῖ. Scripsi αἰεῖ.

4. Suidas : ὑπουλος· δόλιος, φαινόμενος

ὁῦθεν εἰρηνικός· ὡς ἐπὶ τῶν ἐλαῶν τῶν

ἐχόντων οὐλὰς ὑγιεῖς ἐπιπολαίως, ἐνδοθεν

δὲ σηπεδόνας πυώδεις.

De tuis rebus quum statuis iudicium, nil firmæ opinionis concipias ex præiudicio, nec rursus desperes animumque despondeas : adeo decipimur interdum nimia mentis confusione.

## XLIV.

## TAURI ET LEO.

Tres tauri semper pascebant simul. Quos ut comprehenderet insidiatus leo, cunctos una non putabat se posse vincere.

Sed subdolis illos sermonibus ac calumniis collidens inimicabat; et, sic disjuncta amicorum societate, singulos cœpit vesci, cibum facilem.

Ævum quam tutissimum agere si velis, inimicis esto diffidens, et amicos semper retineas.

6. Ignatius in Corayana p. 193 :  
Ἐκαστον ἐκθέρωνε γυμνὸν ὡς ἕνα.  
Quem versum aliter scriptum e codice

protulit Miller. vir doct. : Ἐκαστον εἶεν  
ἐκθιθρώσκων ἀδελῶς. Pro εἶεν legendum  
videtur εἶχεν, vel ἔσχευ.

## ΜΕ'.

## ΑΙΠΟΛΟΣ ΚΑΙ ΑΙΓΕΣ.

- Ἐνιφεν ὁ Ζεὺς· αἰπόλος δέ τις φεύγων  
 εἰς ἄντρον εἰσηλαυने τῶν ἀοικήτων  
 τὰς αἶγας ἄκρη χιόνι λευκανθίζουσας.  
 Εὐρῶν δ' ἐκεῖ τάχιον εἰσδεδουκίας  
 5 αἶγας κερούχους ἀγρίας, πολὺ πλείους  
 ὧν αὐτὸς ἦγε, μείζονάς τε καὶ κρείσσους,  
 ταῖς μὲν φέριον ἔβαλλε θαλλὸν ἐξ ὕλης,  
 τὰς δὲ σφετέρας ἀφῆκε μακρὰ λιμώττειν.  
 Ὡς δ' ἠθρίασε; τὰς μὲν εὖρε τεθνῶσας·  
 10 αἱ δ' οὐκ ἔμειναν· ἀλλ' ὀρῶν ἀβοσκήτων  
 ἀνέμβατον δρυμῶνα ποσσὶν ἠρεύνων.  
 Ὁ δ' αἰπόλος ἀγέλαστος ἦλθεν εἰς οἴκους  
 αἰγῶν ἔρημος· ἐλπίσας δὲ τὰς κρείσσους,  
 οὐκ ὦνατ' οὐδ' ὦν αὐτὸς εἶχεν ἐκ πρώτης.

Ὁ μῦθος ἡμᾶς ἐκδιδάσκει μηδαμῶς τῶν οἰκείων ἀμελεῖν,  
 μάλιστα κέρδους ἕνεκα ἀμφιβόλου ὑπάρχοντος.

Conf. Coray. Fab. 150, p. 90.

1. Α, ἔνειφεν. Quod mutavi, hoc sensu non scribendum cum diphthongo. Suidas : τὸ νείφω, τὸ βρέχω, διὰ διφθόγγου. Idem : νίφει, χιονίζει. Et sic Moschopulus II. σχ. p. 172 : νίφει, ἀντὶ τοῦ χιονίζει. Idem p. 174 : νείφει, ἀντὶ τοῦ βρέχει. Mirum est hominem græcum, qui Moschopuli editionem Vindobonensem curavit, edidisse, ἀντὶ χρονίζει, ἀντὶ βρέχει, non intellecto compendio

notissimo, quo ἀντὶ τοῦ exprimere librarii solent.

8. Α, τὰς δὲ ἰδίας. Manifestum est substitutum esse ἰδίας alii nomini synonymo. Potest cogitari de οἰχείας, correpta media syllaba, quum frequenter ἰδῖος et οἰκεῖος permutentur. Malui σφετέρας, quod, datam diphthongi correctionem si accipiam, poetæ non dem libens. Estque σφέτερος paulo rarius. Suidas : σφέτερον, τὸ ἐαυτῶν, ἢ τὸ ἰδίον.

## XLV.

## CAPRARIUS ET CAPRÆ.

Ab Jove nungebat.

Caprarius quidam fugiens in antrum compellebat desertum capras summa nive albicantes.

Ubi quum reperisset ingressas citius capras silvestres cornigeras, grege quem agebat ipse numerosiores, multo grandioresque ac valentiores, illis jaciebat allatum e silva ramum; at proprias dimisit quæ strenue esurirent.

Mutato autem ad serenam faciem cœlo, suas reperit mortuas; aliæ autem non manserant, sed montium sterilium inaccessa dumeta pedibus pervestigabant. Caprarius non ridens domum rediit, capris viduus. Atque præstantioris spe possessor gregis, ne ex illo quidem commodum cepit qui olim fuerat suus.

Nos edocet fabula nullo esse pacto res proprias cuique negligendas, lucri præsertim ambigui causa.

καὶ σφετέρῃ τῇ ἑαυτῶν· σφέτερα, τὰ ἑαυτῶν. Et fuerunt alibi confusa ἴδιος et σφετέρως. Sed videntur etiam excidisse non nulla de pastore domum ex antro et ex domo antrum redeunte.

9. Ὡς δ' ἠθρήσας, i. e. ὡς δὲ εὐδία γέγονε· quod fert collata fabula. Memoravit Etymologicum M. formam participii τεθῶσα, ut βεβῶσα.

11. Α, ποσίν. Trochæum feci. Cf. F. 12, 20. Sic τόσση F. 36, 8.

12. Α, γελάσας. Et sic collata fabula. Sed caprarius, si riserit, malis ridebat alienis. Neveleto legendum χλαύσας videbatur, monente Furia t. 2, p. 82, qui reliquit γελάσας. Corayus autem minus patiens edidit ἀπελάσας· αἰπόλος ἀπελάσας εἰς τὸν οἶκον ἦλθε κενός· id esse puto, « referens retro pedem ». Mea lectio ἀγέλαστος apta est sententiæ ac versui.

14. Ἐξ πρώτης, videlicet ἀρχῆς. Non rara ellipsis. Sic Fab. 71, 2.

## ΜΖ'.

## ΕΛΑΦΟΣ ΝΟΣΩΝ.

Ἐλαφος καθ' ὕλην γυῖα κοῦφα ναρκήσας,  
 ἔκειτο πεδίῳ ἐν χλόῃ βαθυσχοίνῳ,  
 ἐξ ἧς ἐτοίμην χιλὸν εἶχε πεινήσας.  
 « ἀνηλεὲς στοιχεῖον ἔχθρὸν ἀνθρώποις » !  
 5 Ἦκουσε δ' ἡ θαλάσση καὶ γυναικείην  
 λαβοῦσα φωνὴν, εἶπε· « Μή με βλασφήμει·  
 « ἐγὼ γὰρ ὑμῖν οὐδὲν αἰτίη τούτων,  
 « ἄνεμοι δὲ πάντες, ὧν ἐγὼ μέση κεῖμαι.  
 « Τούτων δὲ χωρὶς ἂν ἴδῃς με καὶ πλεύσης,  
 10 « ἐρεῖς με τῆς σῆς ἡπιωτέραν γαίης ».  
 Ὅτι πολλὰ πράγμαθ' αἱ κακαὶ φύσεις χρηστὰ  
 τρέπουσιν εἰς τὸ χεῖρον, ὥς δοκεῖν φαῦλα.

Conf. Coray. Fab. 247, p. 162, 385.

2. In verbis βάπτουσαν κύμα scilicet κατὰ κύμα est participium neutraliter sumtum.— Exstat formula ἐκ πρώτης et Fab. 45, 14.

11, 12. Epimythium hoc poeticum si scripserit Babrius, vix puto debilis- simo initio conjunctionis ὅτι usum fuisse, sed scripsisse potius πάμπολλα, vel ὥς πολλά, sumto ὥς superlativa si-

Nunquam igitur populos, nunquam mortalium urbes injuria ingrediatur, adridens civibus, quandoquidem pone illam bellum ilico superveniet.

## LXXI.

## AGRICOLA ET MARE.

Cernens agricola navem refertam nautis, jam se primum incurvis tinguentem fluctibus, « O pelagus », inquit, « utinam « fuisses nunquam secatum rate, immisericors elementum, « inimicumque mortalibus »!

Audivit mare, voceque sumta muliebri, « Ne me calumniaris », inquit. « Equidem malorum omnino vobis non sum illorum causa; sed auctores venti, quorum ego jaceo media. « Quibus absentibus, si me spectes, ac naviges, me tua mansuetiorem terra prædicabis ».

Res plurimas, quæ sunt bonæ, prava ingenia in pejus vertunt, ita ut videantur malæ.

gnificatione, vel interjective. Alia dubitandi causa oritur ex clausula versus, quem sic exhibet A, Ὅτι πολλὰ χρηστὰ πρ. αὶ κακὰ φύσεις, cum iambica clau-

sula, quam quidem mutavi transpositione vocabuli χρηστὰ sed displicent trochaicæ duæ clausulæ continuæ, quamvis ferendæ.

Ὁ μῦθος οὗτος ἐλέγχει ἐκείνους, οἵτινες διαβολαῖς πρὸς τοὺς  
δυνάστας βλάπτειν περὺκασιν τοὺς πέλας, οἱ παραπλήσιοι εἰσιν  
ἀνέμοις χειμερίοις.

ΟΒ΄.

ΟΡΝΕΙΣ ΚΑΙ ΚΟΛΟΙΟΣ.

- Ἴρις ποτ' οὐρανίων ποδῆνεμος κῆρυξ  
πτηνοῖσι κάλλους εἶπεν ἐν θεῶν οἴκοις  
ἀγῶνα κεῖσθαι· πᾶσι δ' εὐθὺς ἠκούσθη·  
καὶ πάντα θεῖον ἔσχεν ἥμερον ζῶων.  
5 Ἔσταζε πέτρης αἰγὶ δυσβάτου κρήνη,  
καὶ θερινὸν ὕδωρ καὶ διαυγὲς εἰστήκει  
Πάντων τ' ἐπ' αὐτὸ φῦλον ἦλθεν ὀρνίθων,  
πρόσωπα δ' αὐτῶν ἐξέλουε καὶ κνήμας,  
ἔσειε ταρσοὺς, ἐκτένιζε τὰς χαίτας.  
10 Ἦλθεν δ' ἐκείνην καὶ κολοῖος εἰς κρήνην  
γέρων κορώνης υἱός· ἄλλο δ' ἐξ ἄλλου  
πτερόν καθ' ὑγρῶν ἐντὸς ἀρμόσας ὥμων,  
μόνος τὰ πάντων ποικίλως ἐκοσμήθη,  
καὶ πρὸς θεοὺς ᾗξεν αἰετοῦ κρείσσων.  
15 Ὁ Ζεὺς δ' ἐθάμβει, καὶ παρῆχε τὴν νίκην,

Conf. Coray. Fab. 188, p. 116-119,  
367; Theophylactus Simoc. Ep. 34;  
Phædrus 1, 3.

1. Α, Ἴρις ποτ' οὐρανίου πορφυρῇ κῆρυξ.  
Correxī, ut potui. Quod latet sub πορ-  
φυρῇ epithetum non divino. Ut locus

possit lectorem non morari, sumsi Ho-  
mericum nomen. Fabula collata p. 119:  
Ἴρις ὁ τῶν θεῶν ἄγγελος.

4. Exhibeo scripturam quam reperi.

5. Α, κρήνης.

6. Forsan, θερμόν.

Fabula hæc eos carpit, qui calumniis apud potentiores solent nocere proximo, hibernisque ventis sunt similes.

## LXXII.

## AVES ET GRACULUS.

Iris quondam Olympiorum pernicio vento perniciosior præco avibus indixit pulcritudinis in deorum regia certamen poni. Cunctisque ilico vox ejus audita fuit, ac nullam non volucrum cepit cœlitus immissa cupido.

De rupe capræ non pervia fons stillabat, tepensque restagnabat latex et pellucidus.

Huc tota convenit gens avium, oraque lavabant ac tibias, pennas quatiebant, pectebantque comas.

Accessit ad hunc et graculus fontem, filius cornicis vetulus. Aliam autem avis alius plumam humentibus interius aptans humeris, unus cunctarum coloribus fuit ornatus varie, et ad deos propere evolavit aquila superbior.

Mirabundus obstupuit Jupiter, ac victorem erat graculum

8. A, αὐτῶν. Et in affabulatione A, αὐτοῖς, quod pariter mutavi.

10. A, ἤλθε δ'. Spondæum feci. Sic Fab. 47, 2, A, εἶχε, quod indicare sum oblitus.

11. Id animadvertendum, quod xo-

λοῖον avem vulgo sui generis habitam, etsi cornici proximam, cornicis pullum fecerit grandiozem. Vide notata ad Herodianum Epim. p. 70, ad Theoph. Simocattam Ep. 12, p. 240; Desbillons. ad Fab. 8, 24.



εἰ μὴ χελιδὼν αὐτὸν, ὥς Ἀθηναία,  
 ἤλεγξεν, ἐλκύσασα τὸ πτερόν πρώτη.  
 Ὁ δ' εἶπεν αὐτῇ · « Μὴ με συκοφαντήσης ».  
 Τὸν δ' ἄρα τρυγῶν ἐσπάραττε καὶ κίχλα,  
 25 καὶ κίσσα, καὶ κορυθαλὸς οὖν τάφοις παίζων,  
 χὼ νηπίων ἔφεδρος ὀρνέων ἱρηξ,  
 τά τ' ἄλλ' ὁμοίως. Καὶ κολοιδὸς ἐγνώσθη.  
 Ὡ παῖ, σεαυτὸν κόσμον οἰκεῖον κόσμει·  
 ξένοις γὰρ ἐμπρέπων στερηθήσῃ τούτων.

Ὅτι οἱ νόθον καὶ ἐπείσακτον αὐταῖς περιθέντες κόσμον, ἀλλοτρίῳ τε κάλλει σεμνυνόμενοι, εἴ ποτε τοῦ τοιούτου γυμνωθεῖεν, γέλως λοιπὸν τοῖς πρὶν ἀγνωσοῦσιν ὀρώνται.

ΟΓ'.

ΙΚΤΙΝΟΣ.

Ἰκτινος ἄλλην ὀξέτην εἶχε κλαγγήν·

21. Ut avis Attica, et idcirco ceteris callidior et doctior. Si hirundo ex Pro-cene, Thracia quidem, sed Pandionis Atheniensium regis uxore, facta fuerit, dici Atheniensis potuit; si autem ex Philomela Pandionis filia, multo etiam magis Atheniensis vocanda fuit. Ipsa χελιδὼν in fabula Aesopica Corayi 423 sic loquitur: ἐγὼ παρθένος καὶ Ἀθηναία καὶ βασίλισσα καὶ βασιλέως τῶν Ἀθηνῶν θυγάτηρ. Ceterum veteres sunt qui negant feminam Atheniensem Ἀθηναίαν

dictam fuisse, quibus adversatur a me editus post Herodiani Epimerismos Aristophanes p. 283: ὅτι ἐστὶν Ἀθηναία γυνή, ὥσπερ καὶ Ἀθηναῖος. Ibi nota, collato Meinek. ad Philem. p. 477; Runkel. ad Pherecratem p. 19; Larcher. ad Herod. 6, n. 239; Clavier. ad Apollod. t. 2, p. 467.

22. Ignatius a Corayo emendatus: Πρώτη δὲ δῶρον ἡ χελιδὼν ἡρπάκει. Erat olim πρῶτον. Inveni ipse πρῶτη in codice 2991 A.

renunciaturus, nisi illum hirundo, ut Atheniensis, convicisset, prima plumam avellens.

Cui graculus : « Ne mecum agas sycophantiose ».

Et illum ideo turtur lacerabat, et turdus et pica, quæque ludit in sepulcris cassita, et imprudentium accipiter insidiator volucrum, ceteræque pariter aves.

Ac graculus agnitus patuit.

O puer, te ipsum ornatu exorna proprio; alieno enim si conspicuus prodibis, illo privaberis.

Quod qui nothum sibi et ascititium circumdant ornatum, alienaque superbiunt pulcritudine, his si forte nudabuntur, risum deinceps moveant spectatoribus, qui eos principio non agnoverant.

## LXXIII.

## MILVUS.

Milvus alium quam nunc, acutum, habuit clangorem.

23. A, ὁ δέ. Suidas : συκοφαντεῖν, τὸ ψευδῶς τινος κατηγορεῖν. Apte hoc verbo usus est graculus, avem alloquutus atticam. Nam Athenis florebat valde sycophantarum natio:

24. In ἄρα est prima longa, quod fit sæpius.

25. A, sic, κορυδαλός: et iterum cum uno lambda in fabula 87. Vide Knochium p. 129. Quod sequitur ὁ ἐν τάφοις παίζων illustrabit scholiastes ad Theo-

critæa-ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες, Id. 7, 23: λέγονται ἐπιτυμβίδιοι ὅτι τάφοις ὡς ἐπιπολὺ ἐνδιατρίβουσιν. Adde Beck. ad Aves 471.

26. A, καὶ ὁ νηπίων ἐφηβος. Conjeci ac scripsi audaciuscule, quod saltem lector intelliget facile, ἐφεδρος. Doctiores explicabunt, aut acutiores emendabunt melius lectionem ἐφηβος. — Suidas : νήπιος ἄφρων, ἀνόητος.

F. LXXIII. Cf. Coray. F. 293; Julianus

ἵππου δ' ἀκούσας χρεμετίσαντος εὐφώνως,  
μιμούμενος τὸν ἵππον, οὔτε τὴν κρείττω  
φωνὴν θελήσας ἔσχεν, οὔτε τὴν πρώτην.

Ὅτι οἱ τῶν ἀδυνάτων ἐρῶντες, ἔσθ' ὅτε καὶ τῶν μετὰ χεῖρας  
ἀστοχοῦσι.

ΟΔ'.

### ΑΝΘΡΩΠΟΣ, ΙΠΠΟΣ, ΒΟΥΣ ΚΑΙ ΚΥΩΝ.

Ἴππος τε καὶ βοῦς καὶ κύων ὑπὸ ψύχους  
κάμνοντες ἦλθον οἰκίην ἐς ἀνθρώπου.  
Κάκεινος, αὐτοῖς τὰς θύρας ἀναπλώσας,  
παρῆγεν ἔνδον, καὶ, παρ' ἐστίῃ θάλψας  
5 πυρὸς γεμούση, παρετίθει τι τῶν ὄντων,  
κριθὰς μὲν ἵππῳ, λάθυρα δ' ἐργάτῃ ταύρῳ.  
ὁ κύων γὰρ αὐτῷ συντράπεζος εἰστήκει.  
Ξενίας δ' ἀμοιβὴν ἀντέδωκαν ἀνθρώπῳ,  
μερίσαντες αὐτῷ τῶν ἐτῶν ἐφ' ὧν ἔζων.  
10 ὁ μὲν ἵππος εὐθύ· δίοπερ ἐν χρόνοις πρώτοις  
ἕκαστος ἡμῶν γαῦρός ἐστι τὴν γνώμην.

Misopog. p. 366, descriptus ad Suidam  
v. ἱκτινος, εἶδος ὀρνέου, in nota Gaisfor-  
diana. — Pro ἄλλην forsan ἀπαλήν.

F. LXXIV. Conf. Coray. Fab. 194.

6. Nomen λάθυρον est e rarioribus. In  
collata fabula notius est vocabulum:

ταύρῳ δὲ ἄχυρα. Cangii λαθήριον mutan-  
dum in λαθύριον.

9. Α, ἀφ' ὧν, obscure quidem, sed  
ipse mihi Μηνᾶς dixit scripsisse se ἀφ' ὧν  
e codice. Et est ἀφ' in fabula collata:  
μερίσαντες καὶ χαρισάμενοι αὐτῷ τῶν

Equum vero, quem audiverat magno hinnientem sonore, imitatus, neque meliorem quam cupiebat vocem habuit, neque pristinam.

Quod qui rerum impossibilium amore tenentur, aliquando quoque quæ sunt ad manum non attingant.

## LXXIV.

## HOMO, EQUUS, BOS ET CANIS.

Equus et bos et canis laborantes frigore hominis venerunt domum; qui, aperto ostio, eos duxit intro, et ad focum igne flagrantem calefactis apposuit ex paratis copiolis, equo hordea, tauro aratori cicerculas. Nam ipse canis adstitit mensæ socius.

Hospitalitatis autem mercedem homini dederunt, communicatis cum eo, quos ipsi vivebant, annis.

Atque equus statim : idcirco primis in annis nostrum unus-

ἐτῶν ἀφ' ὧν ἔλων. Sed ibi ἀφ' Corayi est correctio. Olim fuit ἐφ' ὧν, quod revocavi. Equidem fere intelligo ἐφ', non ἀφ'. Equus juvenis, bos mediæ ætatis, canis senex. Dederunt annos, id esse puto mores et vitæ consuetudinem quibus utebantur.

10. A, εὐθύ. Fabula collata : ὁ μὲν ἵππος εὐθύς τοὺς πρώτους χρόνους· διὰ τοῦτο ἕκαστος θερμὸς καὶ γὰρρός ἐστι τῇ γνώμῃ. Quæ breviorē Babrii orationem illustrant. Et in Babrio εὐθύς mallem, ut est Fab. 75, 19; sed firmatur εὐθύ certis poetarum locis.

ὁ δὲ βοῦς μετ' αὐτόν· διόπερ, εἰς μέσους ἦκων,  
μοχθεῖ, φίλεργός ἐστιν ὄλβον ἀθροίζων·  
ὁ κύων δ' ἔδωκε, φασὶ, τοὺς τελευταίους.

- 15 Διὸ δυσκολαίνει, Βράγχε, πᾶς ὁ γηράσας,  
καὶ τὸν διδόντα τὴν τροφὴν μόνον σαίνει,  
αἰεὶ δ' ὕλακτεῖ, καὶ ξένοισιν οὐ χαίρει.

Διαβολὴν ὁ μῦθος ἔχει ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν μηδεμίαν τοῖς ξένοις  
πρόνοιαν ποιουμένων, εἰς μόνον δὲ τοὺς οἰκείους τὴν στοργὴν  
περιϊστώντων ἀπὸ τῆς τοῦ κυνὸς ὑποδείξεως.

ΟΕ'.

#### ΙΑΤΡΟΣ ΑΤΕΧΝΟΣ.

Ἰατρὸς ἦν ἄτεχνος. Οὗτος ἀρρώστῳ  
πάντων λεγόντων· « Μὴ δέδιθι, σωθήσῃ γάρ·  
« πάθος μὲν ἐστὶ χρόνιον, ἀλλ' ἔσθ' ῥάων »·  
ὁ δὲ γ' ἄτεχνος ἰατρὸς εἶπεν εἰσβαίνων·  
5 « Ἔτοιμα δεῖ σε πάντ' ἔχειν· ἀποθνήσκεις·  
« οὐκ ἐξαπατῶ σε », φησὶν, « οὐδ' ἐνεδρεύω·  
« τὴν αὔριον γὰρ τὸ μακρὸν οὐχ ὑπερβήσῃ ».  
Ταῦτ' εἶπε, καὶ τὸ λοιπὸν οὐκέτ' εἰσῆι.

12. *Fabula collata* : ὁ δὲ βοῦς μετ'  
αὐτὸν τοὺς μέσους χρόνους· διὰ τοῦτο  
μοχθηρὸς καὶ φίλεργός ἐστι πλούτων ἀθροί-  
ζων. *Fors.* φίλεργός τ' ἐστίν. *At cf.* 59, n. 6.

16. *Suidas* : σαίνω, αἰτιατικῇ· σαίνε-  
σθαι, κολακεύειν.

17. *Suidas* : ὕλακτεῖ· ἐμμανῶς καὶ  
ἀναιδῶς βοᾷ, ὡς κύων.

*Fab. LXXV. Conf. Coray. Fab. 192.*

1. *Forsan* οὕτως.

2. Α, μὴ δέδιθι, σωθήσῃ. *Deest syllaba. Addidi γάρ. Addi etiam potuit σύ·*

quisque est animi ferocior. Bos post equum : idcirco mediæ homo ætatis labori incumbit, estque in aggerandis divitiis impiger. Tum canem aiunt postremos dedisse annos : idcirco morosus est, Branche, senex quilibet, eique blanditur uni qui ministrat alimenta, allatrans semper nec visis lætus hospitibus.

Homines illos incusat fabula, qui nullam hospitum suscipiunt curam, ac familiares tantum caritate complectuntur, canis ad exemplum.

## LXXV.

## MEDICUS IMPERITUS.

Medicus quidam erat artis imperitus suæ. Ægroto quum dicerent omnes : « Ne metuas; salvus fies enim. Est quidem morbus diutinus tuus, sed convalebis »; indoctus iste medicus statim ingressus « Cuncta » dixit, « provisa sint tibi necesse est. Morte versaris in ipsa. Te non decipio; non insidior tibi. Diem enim crastinam summum non excedes ».

Hæc loquutus, deinceps ad ægrum non amplius accessit.

μη σὺ δέδιθι. Suidas : δέδιθι, φοβήθητι.

3. Suid. : βίων, εὐθυμότερος καὶ ἀπήμενος.

4. A, ὁ δ' ἀτεχνής. Scripsi metro fulciendo, ὁ δέ γ'. Est δέ γε Fab. 59, 10.

5. Ut hic ἀποθήσκεις, sic et Fab. 34, 8; 121, 4. Sic et θνήσκω F. 7, 6; 122, 3.

6. Sic ἐνεδρεύω F. 1, 14.

9. Suidas : ἀνασφήλας· ἀνανήψας, ταυτὸν ἀναστήσας, ἢ ἀναλαβὼν, ἢ ἀνενεγκὼν. Aristænetus 1, 10 : νενόσηκεν ἡ καὶς... εἴτα παραδόξως ἀνέσφηλε. Ibi interpretes. Cf. F. 78, 3.

- Χρόνω δ' ἐκεῖνος ἐκ νόσων ἀνασφήλας,  
 10 προῆλθεν ὠχρὸς, τοῖς ποσὶν μόλις βαίνων.  
 Ὁ δ' ἰατρὸς αὐτῷ « Χαῖρ' », ἔφη συναντήσας.  
 καὶ πῶς ἔχουσιν οἱ κάτω διηρώτα.  
 Κάκεινος εἶπεν· « Ἡρεμοῦσι, τῆς Λήθης  
 « πίνοντες. Ἡ Κόρη δὲ χῶ μέγας Πλούτων  
 15 « πρῶην ἰατροῖς δεινὰ πᾶσιν ἠπειλουν  
 « ἐπὶ τῷ θεραπεύειν τοὺς νοσοῦντας ἀνθρώπους,  
 « ἀνέγραφον δὲ πάντας· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις  
 « καὶ σὲ γράφειν ἐμελλον· ἀλλ' ἐγὼ δείσας  
 « εὐθύς προσῆλθον, ἡψάμην τε τῶν σκήπτρων,  
 20 « κάπῳμος' αὐτοῖς ὅτι σὺ ταῖς ἀληθείαις  
 « ἰατρὸς οὐκ εἶ, καὶ μάτην διεκλήθης ».

Ὁ μῦθος οὗτος ρηθήσεται πρὸς τοὺς κενὸν ὄνομα ἐπὶ πράγματι  
 τινι κεκτημένους, τὴν δὲ τούτου πεῖραν παντελῶς οὐκ ἔχοντας.

ΟΣ'.

#### ΙΠΠΕΥΣ ΚΑΙ ΙΠΠΟΣ.

Ἴππεὺς τὸν ἵππον; ἄχρι μὲν συνειστήκει  
 ὁ πόλεμος, ἐκρίθιζε κατρεφεν χόρτῳ,  
 παραστάτην γενναῖον ἐν μάχαις κρίνων·  
 ἐπεὶ δ' ἐπαύσατ', ἦν δὲ λοιπὸν εἰρήνη,

20. Formula ταῖς ἀληθείαις utetur et  
 Fah. 83, 3. Plurima sunt congesta a me  
 et Bastio exempla ad Aristæm. p. 413,  
 543. Adde Meinekium ad Philemonem

Fragm. inc. 40 : Εἰ ταῖς ἀληθείαις οἱ  
 τεθνηκότες Αἰσθῆσιν εἶχον. Suidas v. ἀλή-  
 θεια· καὶ ἀληθείας πληθυντικῶς λέγουσι...  
 Vide Raphel. Annot. t. 1, p. 645.

Qui, tempore relevatus ex morbo, foras processit, pallidus, titubantes vix ferens pedes.

Illi forte obviis medicaster « Salve », inquit. Ac quo se habeant modo qui habitant infra rogabat.

« Placide quiescunt », respondit ille, « laticem potantes « Lethæum. Proserpina autem et magnus Pluto nuper medicis « timenda cunctis minabantur, ægris quod medeantur mortali-  
« libus; eorumque nomina in tabulas describebant, atque in  
« primis te etiam erant relaturi. Ast ego metuens tibi, ocyus  
« accessi, contactisque sceptris juravi te revera medicum non  
« esse, sed inani isto vocatum fuisse nomine ».

Illis hæc fabula recitabitur, qui, propter rem quamdam cujus sunt imperitissimi, vanam sunt adepti famam.

## LXXVI.

## EQUES ET EQUUS.

Eques equum, quamdiu bellatum est, alebat hordeo pascebatque fœno.

At, cessante bello, quum deinceps pax fuit et stipendium

21. Fabula collata : ἐξωμοσάμην αὐτοῖς μὴ ἀληθῆ ἱατρὸν εἶναι σε, ἀλλὰ μάτῃν διαβληθῆναι. Et Babrio forsân διελήθης dandum, quum sit διελήθης verbum in-

auditum, ac fiat cum διελήθης sententia ingeniosior.

Fab. LXXVI. Cf. Cor. F. 362; Fr. 55.

2. A, κάτρεφε. Feci creticum.



- 5 καὶ μισθὸν ἵππεὺς οὐκέτ' εἶχεν ἐκ δήμου,  
τότ' ἐκείνος ἵππος πολλάκις μὲν ἐξ ὕλης  
κορμούς παχεῖς κατῆγεν εἰς πόλιν βαίνων,  
μισθῷ τε φόρτον ἔφερεν ἄλλοτ' ἄλλοτον,  
τὸ πνεῦμα σώζων ἐπ' ἀχύροισι δυστήνοις·
- 10 σάγην τε νώτοις ἔφερεν, οὐκέθ' ἵππευσιν.  
Ὡς δ' αὖ πρὸ τειχῶν πόλεμος ἄλλος ἠκούσθη,  
σάλπιγξ τ' ἐκέλευε πᾶσιν ἀσπίδα σμήχειν,  
ἵππους τε κοσμεῖν καὶ σίδηρον ὀξύνειν,  
κάκεινος αὐτὸν ἵππον ἐγχαλινώσας
- 10 ὁ δεσπότης παρῆγεν, ὡς ἐφιππεύσων.  
Ὁ δ' ὀκλάσας ἔπιπτεν οὐκέτ' ἰσχύων.  
« Ἐντασσε πεζοῖς σαυτόν » εἶπεν, « ὀπλίταις·  
« σὺ γάρ μ' ἀφ' ἵππων εἰς ὄνους μεταστήσας,  
« πῶς αὖθις ἵππον ἐξ ὄνου με ποιήσεις »;

Μηδαμῶς τοῦ παρόντος δεῖν ἐπιμελεῖσθαι μόνον ὁ μῦθος δι-  
δάσκει, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέλλοντος προνοεῖσθαι· τὸ γὰρ μὴ οὕτω  
γινόμενον πολλοῖς πολλάκις οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡγάγε βλάβην.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Κ.

ΟΖ'.

ΚΟΡΑΞ ΚΑΙ ΑΛΩΠΗΞ.

Κόραξ δεδηχῶς στόματι τυρὸν εἰστήκει·

10. Α, ἱππεῦσιν. Scripsi ἵππευσιν, quod intelligo de ephippio, significa-  
tione quidem nova. Opponit auctor

ἵππευσιν et σάγην, ephippia et clitellas  
asini. Suidæ enim est σάγη, ὄνου ἐπίθη-  
μα. Vel possit legi ἱππείοις, « dorso, non

eques ex publico non amplius accepit, tunc equus iste sæpius ex sylva crassos ad urbem deducebat truncos, ac mercede onus alias aliud ferebat, vilibus ex stipulis sustentans animam. Clitellas etiam dorso gestabat, non jam ephippia.

Ut vero rursus ante mœnia novum insonuit bellum, jussitque tuba cunctis clypeos detergere, curare equos et ferrum acuere, equum dominus ille, injecto fræno, produxit inscensurus.

Ast equus obliquo claudicabat pede, non amplius valens viribus, dixitque : « Accenseto hoplitis te peditibus. Qui enim « ex equis ad asinos me transtulisti, quo rursus modo equum « ex asino me restitues »?

Non omnino præsentium unice rerum curam esse habendam docet fabula, sed providentiam quoque futurarum; cujus quidem defectus multis multoties non mediocre damnum attulit.

## LXXVII.

## CORVUS ET VULPES.

Corvus, retinens mordicus rostro caseum, stabat.

jam equino, sed asinino ». Illud melius.

16. Suidas : ἀλλάζει, χολεύει.

Fab. LXXVII. Conf. Coray. Fab 204

p. 131, 132; Phædrus 1, 13; Apuleius Floridis extr.

1. Suidas : δεδηχότας, διακόντας.

- τυροῦ δ' ἁλώπηξ ἱχανῶσα κερδῶη  
 μύθῳ τὸν ὄρνιν ἠπάτησε τοιούτῳ·  
 « Κόραξ, καλαί σοι πτέρυγες, ὅξέη γλῆνη,  
 5 « θηητὸς αὐχὴν· στέρνον αἰετοῦ φαίνεις·  
 « ὄνυξι πάντων θηρίων κατισχύεις·  
 « ὁ τοῖος ὄρνις κωφὸς ἐσσί, κοῦ κρώζεις »!  
 Κόραξ δ' ἐπαίνῳ καρδίην ἐχαυνώθη,  
 στόματος δὲ τυρὸν ἐκβαλὼν, ἐκεκράγει.  
 10 Τὸν ἡ σοφὴ λαβοῦσα, κερτόμῳ γλώσση  
 « Οὐκ ἦσθ' ἄφωνος » εἶπεν, « ἀλλὰ φωνήεις.  
 « Ἐχεις, κόραξ, ἅπαντα· νοῦς δέ σοι λείπει ».

Ὁ μῦθος διδάσκει μηδαμῶς ἄνθρωπον ἐπαίνους ἐξαπατᾶσθαι·  
 ζημίαι γὰρ ἐντεῦθεν καὶ ἀτιμίαι εἰώθασιν γίνεσθαι.

## ΩΗ'.

## ΚΟΡΑΞ ΝΟΣΩΝ.

Κόραξ νοσήσας εἶπε μητρὶ κλαιούσῃ·  
 « Μὴ κλαῖε, μῆτερ· ἀλλὰ τοῖς θεοῖς εὐχου  
 « νόσου με δεινῆς καὶ πόνων ἀνασφῆλαι ».

2. Hesychius, ut fuit ab Schowio lectus : ἱχανῶσα, ἐπιθυμοῦσα.

4, 6. Vulpes Apuleiana : « jam ipse oculis perspicax, unguibus pertinax ».

5. A, θειητός. Scripsi melius θηητός. Iotacismus ad emendationem ducit.

7. Suidas : κρώζει, ὡς κόραξ ἡ κορώνη κράζει.

9. Suidas : ἐκεκράγεισαν, ἐκραζον.

10. Ignatius apud Corayum p. 132 : Εὐθύς δ' ὁ τοῦτον ῥίψεν, ἡ δ' αὐτὸν φάγεν. Protulit e codice vir d. varietatem, ἡ δ' εἰλε, φάγεν, ac legit probabiliter εἰλεν. Sed in hoc metro talis diligentia vix est quaerenda. Ignatius et id genus poetastri numerant semper syllabas, plerum-

Dolosa vero caseum appetens vulpes volucrem oratione tali decepit :

« Corve, pulcræ tibi sunt alæ, acutus ocellus, miranda cer-  
« vix ; aquilæ pectus ostendis ; cunctarum vires ferarum supe-  
« ras unguibus. Talis quum sis avis, mutus es neque crocitas »!

Laude mentem inflatus inani, corvus clamavit, et ore simul emisit caseum. Quem fera rapiens callida, « Mutus neutiquam  
« eras », lingua dixit procaci, « sed bene vocalis. Cuncta, corve,  
« tua sunt ; mens defit tamen ».

Monstrat fabula non debere hominem decipi laudibus.  
Damna enim inde et probra oriri solent.

## LXXVIII.

## CORVUS ÆGROTANS.

Corvus ægrotans matri dixit lugenti : « Mater, ne lugeas,  
« sed rogitato deos, ut a diro queam morbo atque laboribus

que non metiuntur. Ipse reperi aliam scripturam : 'Ο νήπιος δ' ἔκραζεν, ἡ δ' εἶλε τυρόν· ditrochæo versum claudente, quod in Ignatio est ferendum. Numero editor politici poetæ attendat præsertim, ut ipse poeta, non quantitati. Numerus me fugiebat, quum ederem inter Anecdota Gr. t. 1, p. 49 hos versus : Ζωὴν ἔκειθεν τὴν μένουσαν προτένει, "Οκου

λύπη, στεναγμός οὐδεὶς ἐνι. De spondæo λύπη sit lector plane securus ; sed sunt undecim tantum syllabæ : pro οὐδεὶς reponat μηδαμῶς, quod nuper in codice reperi.

In affabulatione δεῖν ante vel post εξαπατᾶσθαι excidisse videtur.

F. LXXVIII. Cf. Cor. F. 132, p. 73, 334.

3. De ἀνασφῆλαι vide 75, n. 9. Eusta-

« Καὶ τίς σε » φησί, « τῶν θεῶν, τέκνον, σώσει,  
5 « τίνος γὰρ ὑπὸ σοῦ βωμὸς οὐκ ἐσυλήθη »;

Ὅτι τοῖς ἀμεταμέλητα φησὶν εἰς θεὸν πλημμελοῦσιν ἀνωφελεῖς  
γίνονται αἱ ὑπὲρ αὐτῶν δεήσεις.

ΟΘ'.

### ΚΥΩΝ ΚΑΙ ΣΚΙΑ.

Κρέας κύων ἐκλεψεν ἐκ μαγειρείου.  
Καὶ δὴ παρῆει ποταμόν· ἐν δὲ τῷ ρείθρῳ  
πολὺ τοῦ κρέως ἰδοῦσα τὴν σκιὴν μείζω,  
τὸ κρέας ἀφῆκε, τῇ σκιῇ δ' ἐφωρμήθη.  
5 Ἀλλ' οὐτ' ἐκείνην εὗρεν, οὔθ' ὁ βεβλήκει·  
πεινώσα δ' ὀπίσω τὸν πόρον διεξῆει.  
Βίος ἀβέβαιος παντὸς ἀνδρὸς ἀπλήστου,  
ἐλπίσι ματαίαις πραγμάτων ἀνήλωται.

thius Epist. 16 : δ δὴ ... ἀνασφῆλαι τῆς νόσου πεποίηκεν ἡμᾶς καὶ ἀνακομισθῆναι μικρόν τι ὅσον ἐπὶ τὰ πρότερα. Malim fere τὰ πρότερον. Codex πρότερ, sine compendioso.

Fab. LXXIX. Conf. Coray. Fab. 209, p. 135, 136; Knoch. Fr. 44; Phædr. 1, 4.

2. Suidas : παρῆισαν, παρῆλθον. Sunt inter fabulatores qui canem dicunt ποταμὸν διαβαίνειν : apud Phædrum « per flumen natat ». Prudentius alii prope flumen in ripa incidere canem narrant. Nam qui natat, aquam facit turbulentam. Ab accusatione com-

« convalescere ». « Et quis te deorum » respondit, « nate, ser-  
« vabit ? Cujus enim ara tibi non spoliata fuit » ?

Monet pro illis, qui in deum peccant neque resipiscunt, vota  
feri inutilia.

## LXXIX.

## CANIS ET UMBRA.

Carnem erat furata canis e culina.

Ac quum præteriret amnem, vidissetque in lymphis umbram  
multo ipsa ampliorem carne, carnem reliquit ipsam atque  
umbræ insiluit.

Sed nec hanc tenuit, nec quam rejecerat; jejunaque rursus  
fluentum transnavit.

Incerta hominis cujusque avidioris vita rerum vana spe  
consumitur.

mentatoris cujusdam sui liberandus est  
Fontainius, cujus brevis omnino favo-  
rabilis est : « Ce chien voyant sa proie en  
l'eau représentée, La quitta pour l'image  
et pensa se noyer ». E ripa simulacrum  
prædæ vidisse intelligendum est.

7, 8, sunt in Georgidæ Gnomologio  
cum Babrii nomine, Anecd. Gr. t. 1,

p. 17, ubi ματαίων πραγμάτων ἀναλοῦ-  
ται. Exstat mala varietas ἀναχοῦται. —  
Poterit et pro affabulatione esse De-  
mocriti sententia apud Stobæum tit.  
10, 69 : τοῦ πλέονος ἐπιθυμία τὸ πα-  
ρεὸν ἀπόλλυσι, τῇ Αἰσωπίῃ κυνὶ ἰκέλη  
γίγνομένη. Ibi sunt et alia similia dicta,  
Herodoti v. c. § 40.

## Π'.

## ΚΑΜΗΛΟΣ.

Κάμηλον ἠνάγκαζε δεσπότης πίνων  
 ὀρχεῖσθ' ὑπ' αὐλοῖς κυμβάλοις τε χαλκείοις.  
 Ἡ δ' εἶπ'· « Ἐμοὶ γένοιτο κὰν ὁδῶ βαίνειν  
 « ἄνευ γέλωτος, μή τι κὰν χορῶ παίξειν ».

Ἀντίρρῳσιν ὁ λόγος ἔχει παρὰ τῶν σωφρόνως ζῆν αἰρουμένων  
 πρὸς τοὺς ἐν βίῳ κενὰ ἐπινοουμένους.

## ΠΑ'.

## ΑΛΩΠΗΞ ΚΑΙ ΠΙΘΗΚΟΣ.

Κερδῶ πιθήκῳ φησὶν· « Ἦν ὁρᾷς στηλὴν ,  
 « ἐμὴ πατρώη τ' ἐστὶ καὶ τι παππώη ».  
 Κερδοῖ πίθηκος εἶπεν· « Ὡς θέλεις ψεύδου ,  
 « ἔλεγχον οὐκ ἔχουσα τῆς ἀληθείας ».

Fab. LXXX. Conf. Coray. Fab. 405 ;  
 Knochius Fragm. 36.

3. Α, κ' ἄν. Et sic Suidas in Πυρρί-  
 χαις.

4. Α, μή τι κ' ἄν. Suidas l. 1. : Βάβριος·  
 « ἐμοὶ γένοιτο κὰν ὁδῶ βαίνειν Μὴ κατα-  
 γέλαστον, μήτε πυρρίχην παίξειν » ἡ κά-  
 μηλος. Et est μῆτι in duobus Suidæ

codicibus. Editoribus Suidæ et Babrii  
 μήτε placuit, μηδὲ Corayo. Mihi μῆτι  
 servare visum est, etsi non valde ni-  
 tidum. Quod addit Suidas, ἡ κάμηλος,  
 lemma fuisse opinor fabulæ Babrianæ a  
 se descriptæ. Lectio πυρρίχην ad alte-  
 ram recensionem pertinuit.

Fab. LXXXI. Conf. Coray. Fab. 374,

## LXXX.

## CAMELUS.

Camelum cogebat dominus, dum potaret ipse, ad tibiærum saltare sonum cymbalorumque æreorum.

Cui camelus : « Utinam sit mihi ambulanti saltem incedere « spectantium sine risu, nedum in chorea quoque ludere »!

Qui sapientem vitæ rationem sunt amplexi, quo illis contradicant modo qui in agendo circa futilia exercentur exhibet narratio.

## LXXXI.

## VULPES ET SIMIUS.

Dixit vulpes simio : « Quam vides stelam mihi est paterna, « atque avita etiam ».

Vulpi dixit simius : « Mentire ad libita, quum desit quo « veritas firmetur argumentum ».

pag. 241; Knochius Fragmento 34.

1. Suidas v. Πίθηκος, ἡ μιμῶ. Βάβριος : « Κερδῶ πιθήκῳ φησὶν, ἣν ὁρᾷ στήλην, Ἐμοὶ πατρώη τ' ἐστὶ καὶ παππώη ». Quum collatæ fabulæ personas intervertant, Hushkio in Matthiæ Miscellaneis p. 26, Suidam festinantius corrigens, scripsit : Κερδοὶ πίθηκος. Hushkio

citius parvare Corayus et Knochius.

2. A, ἐμὴ πατρώα τ' ἐστὶ καὶ ἂν μὴ παππώα. Est in Suidæ libris καὶ τι, et τοῦτ' ἐστὶ καὶ τι. Lectio καὶ τι Tupio debetur Emend. t. 2, p. 76. Eam recepi, quum scriptura καὶ μὴ sententiæ vim eleve. Suidæ ionismum prætuli, idque merito.



- 5 Κακοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι μὴ φεύγειν ψεῦδος,  
κἄν λανθάνειν ψευδόμενος εὐχερῶς μέλλῃ.

Οὕτως οἱ λίαν ψευδολόγοι, τότε μάλιστα καταλαζονεύονται,  
ὅτε τοὺς ἐλέγχους κατ' ὄψιν οὐκ ἔχουσι.

## ΠΒ'.

## ΛΕΩΝ ΚΑΙ ΑΛΩΠΗΞ.

- Κοιμωμένου λέοντος ἀγρίης χαίτης  
διέδραμεν μῦς· ὁ δὲ λέων ἐθυμώθη·  
φρίξας δὲ χαίτην ἔθορε φωλάδος κοίλης.  
Κερδὼ δ' ἐπεγλεύαζεν ὡς ἐκινήθη  
5 πρὸς μῦν ὁ πάντων ἐμβασιλεύων τῶν θηρῶν.  
Ὁ δ' « Οὐχὶ τὸν μῦν » εἶπεν, « ὦ παλαμναίη,  
« δέδοικα, μὴ μου τὴν δορὴν κνίσῃ φεύγων·  
« κακὴν δὲ μελέτην ἐπ' ἐμὲ τῆς ὁδοῦ τρίβει ».

5. Πρὸς ἀνδρός κακοῦ, i. e. ab homine malo; mali hominis proprium. Aristides Orat. 29, p. 552 : οὔτε φύσει πρὸς ἀνδρὸς σῶφρονος προχείρως ἐθέλειν αἰτιᾶσθαι καὶ ὀντιναοῦν τῶν πολιτῶν. Julianus Orat. 2, p. 103 : χρήματα μὲν γὰρ εἰς τὸ ἐμφανὲς διδόναι. . . πρὸς ἀνδρὸς ἀπειροκάλου. Theodorus Hyrtac. Epist. 35. Æschylus Ag. 1626 : Τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς. Ibi Blomf., quem vide et ad Choeph. 692. Aristophanes Vesp. 367 : Ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρὸς ἐστ' ἀγοντος ἐς σωτηρίαν. Ibi Bergl. quem vide et ad Ranas 537. Addressis

mea ad Zachariam Mityl. p. 450; Turpi Emend. t. 1, p. 34.

6. Α, κ' ἄν.

Fab. LXXXII. Conf. Coray. Fab. 218, p. 141, 374; Knochiuss Fragm. 16.

1. Suidas v. φριξότριχα, ὀρθοῦντα τὰς τρίχας· Βάβριος· « Κοιμωμένου. . . . ἔκθορε φωλάδος κοίλης ».

2. Α, διέδραμε. Feci diiambum.

3. Α, κοίτης. Suidas v. ἔκθορεν, ἐξεπύθησεν· Βάβριος· « Φρίξας δὲ χαίτην ἔκθορε φωλάδος κοίλης ». Et est varietas codicis unius κοίτης. Suidas rursus v. φωλάδι· καὶ φωλάδος, σπηλαίου κρυπτοῦ. Βάβριος·

Improbi est hominis mendacio non abstinere, si latere menti-  
tens facile queat.

Ita mendacissimi homines jactant se magnificentius, quum  
præsentibus non refutari possunt argumentis.

## LXXXII.

## LEO ET VULPES.

Leonis dormientis feras per jubas mus discucurrit.

Ac Leo concepit iras, horrentique juba minax prosiluit  
antro.

Vulpes autem cavillabatur, si commotus in musculum foret  
cunctarum rex ille ferarum.

Cui Leo « Non murem » inquit, « o scelestæ, reformido, ne  
« meam mihi radat cutem fugiens; sed malum super me  
« ambulationis tentat experimentum ».

« Φρίξα δὲ χαίτην ἐκθορε φωλάδος κοίλης.  
Sumsi Suidæ lectionem κοίλης, quam et  
confirmat locus Fab. 103, 3, de leone  
qui κοίλης ἔσω σπήλυγγοις jacebat; ac  
lubens oblatam opportune aoristi for-  
mam ἔθορε. Suidæ compositum ἐκθορε  
quartæ sedi anapaestum, infert, cujus,  
etsi sint exempla, præsentiam reformi-  
do; et iusuper abest augmentum.

5. Α, ὁ πάντων βασιλεύων θηρίων.  
Versum innumerum restitui qua melius  
valui.

6, 7, 8. Suidas v. παλαμναῖος, φονεύς  
ἢ μιάρος ... Βάβριος· « οὐχὶ τὸν μῦν,

εἶπεν, ἢ παλαμναίᾳ, Δέδοικα, μὴ μου τὴν  
δορὰν δάκοι φεύγων. Χαίτην δ' ἐμελλε τὴν  
ἐμὴν κατασχύνειν » ὁ λέων φησὶ περὶ  
μυός. Est mala varietas εἵπας, et bona  
δάκη.

7. Suidas : κνίζω τὸ ἐξ ἐπιπολῆς καὶ  
ισχνῶς ζῶω· κνίζων ... τέμνων.

8. Et hic versus duplicis recensitionis  
manifestum est argumentum. Collatæ  
fabulæ ad eam qua utor fuerunt com-  
positæ : οὐ τὸν μῦν ἐφοβήθη, ἀλλὰ τὴν  
κακὴν ὁδὸν καὶ συνήθειαν ἀνατρέπω—  
Οὐ μῦν πτοοῦμαι, τὴν ὁδὸν δ' ἀνατρέπω—  
Οὐ μῦν πτοοῦμαι, τὴν δὲ ὁρμὴν ἐκτρέπω.

- Ἀρχόμενον ἄρτι τὸ θρασὺ τῶν ὑβρίζοντων,  
 10 καὶ μικρὸν ἤ, κώλυε, μηδὲ συγχώρει  
 εὐκαταφρόνητον σαυτὸν εἶναι τοῖς φαύλοις.

Ὁ λόγος διδάσκει ὅτι οὐδὲ ὑπὸ τῶν μετρίων δεῖ ἡμᾶς καταφρονεῖσθαι, διὰ τὸ μὴ ἐντεῦθεν συνήθειαν κακὴν γεννηθῆναι.

## ΠΓ'.

## ΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΑΝΘΡΩΠΟΣ.

- Κριθάς τις ἵππου πᾶσαν ἡμέραν πίνων,  
 ἔτριβεν, ἐκτένιζεν ἡμέρη πάση·  
 ὁ δ' εἶπεν· « Εἰ θέλεις με ταῖς ἀληθείαις  
 « καλὸν γενέσθαι, τὸ τρέφον με μὴ πῶλει ».  
 5 Τῶν καιρίων δεῖ τὸν φιλοῦντα φροντίζειν,  
 καὶ συμφερόντων· κόσμος οὐδὲν ὠνήσει,  
 σάφ' ἴσθι, τὸν ἀποροῦντα τῶν ἀναγκαίων.

Ὁ παρὼν ῥηθήσεται λόγος πρὸς τοὺς ἀντὶ ἀναγκαίων πραγμάτων τοῖς λόγοις μόνοις τοὺς πέλας ἐξαπατῶντας.

11. A, εὐκαταφρόνητον εἶναι σαυτόν.  
 Transpositio fuit facienda.

Fab. LXXIII. Conf. Coray. Fab. 195.

1. Verbo πίνων interpretando proderit fabula collata, ubi κλέπτων καὶ πωλῶν. Vendebat hordeum equi dominus

ut inde ederet ac biberet. Dicebant καταφαγεῖν, καταπίνειν τὴν οὐσίαν metaphorice. Horatius Epist. 1, 15, 39 : « non Hercule miror, Aiebat, si qui comedunt bona ». Ibi interpretes. — A, 53'.

5, 6, 7. A, prosa oratione et a præce-

Petulantiorum hominum audaciam statim a principio, futilem quamvis, compesce, neque sinas ab improbis haberi te contemptui.

Docet fabula ne minorum quidem ferendam esse despicientiam, ne inde prava subnascatur assuetudo.

## LXXXIII.

## EQUUS ET HOMO.

Equi hordea quidam homo comedens quotquot ibant dies ac potans, fricabat eum quotquot ibant dies ac pectebat.

Dixit equus : « Si me cupis pulcrum revera fieri, mea ne vendas alimenta ».

Opportuna quæ sunt et utilia curæ esse debent amico. Ornamentorum splendor nil illi proderit (ne dubites), carebit qui rebus ad vitam necessariis.

Præsens ad illos dirigetur narratio, qui, rerum loco necessariarum, sermonibus tantum proximos inescant.

dentibus versibus seorsum, ut affabulatio : *ἔτι τῶν καιρίων δεῖ τὸν φιλοῦντα φροντίζειν καὶ συμφερόντων· κόσμος γὰρ οὐδὲν ὠνήσει τὸν ἀποροῦντα τῶν ἀναγκαίων.* Choliambicorum vestigia erant adeo manifesta, ut facile restituerim,

suppresso γὰρ, addito *σάφ' ἴσθι.* Poterit et aliud quæri supplementum.

Affabulationis non est nitida sententia. In fine *δελεάζοντα* præstaret, quo ducit editæ affabulationis comparatio : *ταῖς κολακείαις τοὺς πένητας δελεάζονται.*

## ΠΔ'.

## ΚΩΝΩΨ ΚΑΙ ΤΑΥΡΟΣ.

Κώνωψ ἐπιστὰς κέραϊ καμπύλῳ ταύρου,  
 μικρόν τ' ἐπισχών, εἶπε ταῦτα βομβήσας·  
 « Εἴ σου βαρύνω τὸν τένοντα καὶ κλίνω,  
 « καθεδοῦμ' ἀπελθὼν ποταμίας ἐπ' αἰγείρου ».  
 5 Ὁ δ' « Οὐ μέλει μοι » φησὶν, « οὔτ' ἐὰν μείνης,  
 οὔτ' ἂν ἀπέλθης· οὐδ' ὅτ' ἤλθες ἐγνώκειν ».  
 Γελοῖος ὅστις, οὐδὲν ὦν, κατ' ἀνθρώπων  
 τῶν κρειπτόνων θρασύνεθ', ὥς τις ὦν λίην.

Κατηγορίαν ὁ λόγος περιέχει ἀνδρὸς εὐτελοῦς καὶ λίαν ἀδυνατοῦ, ὑπολήψεις δὲ μεγάλας περὶ ἑαυτοῦ κεκτημένου.

Conf. Coray. Fab. 213, p. 138, 139;  
 Knochius Fab. 9, Dositheus p. 36; Appendix Phædri Fab. 31.

1. Inventum ἐπιστὰς in codice Vossiano in ἐπιπτὰς mutaverat Tyrwhittus p. 52. Fabulæ collatæ duæ ἐκαθέστη, καθῆστο, quod fuit ab iis scriptum qui invenerunt ἐπιστὰς. Et Dositheus, qui convertit « sedit adveniens », non aliter legerat.—A, κέρατι. Quum Babrius F. 21, 4; 37, 8; 43, 5; 59, 9; 91, 4; 112, 3, mediam produxerit in κέρατα, κέρασι, vix credibile est nunc κέρατι tribracho

usum esse. Dobræus conjecit κρατὶ, quod non ineptum quidem est; at si scripsisset poeta κρατὶ, substituissent prosaici fabulatores nomen synonymum κάρα, κεφαλῇ, μετώπῳ. Rescripsi κέραϊ, unde κέρατι apud imitatores.

3. A, σάινω. Codex Vossianus, κλίνω, quod sums. Cogitabam de reponendo σίνω, quod corrupto verbo σάινω proximum erat, sed quum nunc reperiaturn tantum σίνομαι, nolui scriptori castigatissimo vocabulum inusitatum obtrudere.

## LXXXIV.

## CULEX ET TAURUS.

Culex recurvo tauri cornu insidens, moratusque paululum, talia cum susurro est loquutus : « Cervicem si prægravo tuam « et inflecto, abibo sedeboque fluviali super populo ».

Cui taurus « Nil curo » ait, « maneat utrum, an abeat. Ne « senseram quidem, quando venisti ».

Ridiculus est quicumque, quum sit nihili, in viros præstantiores ferocius insolescit, quasi foret aliquis.

Criminatur narratio hominem humilem ac prorsus debilem, qui magnam de se concepit opinionem.

4. Codex Voss. : ποταμίαις ἐν αἰγαίοις.

5. A, μελλει. Id mendum est valde frequens. Choricus in Procopium § 23, de Parcis : πότε προῆλθέ τις ἐξετάζουσαι καὶ μέχρι τίνος αὐτῶ διώρισται ζῆν, μηδὲν μελήσασαι προσάγουσι πέρας τῷ βίῳ. Wolfii latina : « omnibus insuper habitis ». Imo « non cunctantes ». Legendum μηδὲν μελήσασαι. Libri quos vidi non variant.

6. A, οὐθ' ὅτε ἤλθες. Codex Voss. οὐτε

ὅτε. Tyrwhittus scripsit οὐδ' ὅτ'. Est οὐδ' vividius multo, receperuntque Corayus et Knochius, quos sequutus sum. Dositheus vertit inventum οὐτε « nec quando veneris ego scivi ».

7, 8, absunt a Vossiano. A, θρασύνεται ὡς τίς ὦν σφόδρα. Non potui concoquere tam debilem spondæum ultimæ sedis, in qua metri cardo vertitur. Substitui λίην, cuius est glossa σφόδρα. Est λίην sic in clausula F. 21, 4; 36, 6. Atque diphthongum elisi in θρασύνεται.

## ΠΕ'.

## ΚΥΝΕΣ ΚΑΙ ΛΥΚΟΙ.

- Κυσὶν ποτ' ἔχθρα καὶ λύκοις συνειστήκει.  
 Κύων δ' Ἀχαιὸς ἠρέθη κυνῶν δήμου  
 στρατηγὸς εἶναι. Καὶ μάχης ἐπιστήμων  
 ἔμελλεν, ἐβράδυνεν. Οἱ δ' ἐπηπείλουν,  
 5 εἰ μὴ προάξῃ. Τὴν μάχην ἐν ἐδρεύσει,  
 « Ἀκούσατ' » εἶπεν, « οὐ χάριν διατρίβω,  
 « τί δ' εὐλαβοῦμαι · χρὴ δ' αἰεὶ προβουλεύειν.  
 « Τῶν μὲν πολεμίων τὸ γένος, ὧν ὁρῶ πάντων  
 « ἔν ἐστιν · ἡμῶν δ' ἦλθον οἱ μὲν ἐκ Κρήτης,  
 10 « οἱ δ' ἐκ Μολοσσῶν · εἰσὶν οἳδ' Ἀκαρνάνων,  
 « ἄλλοι δὲ Δόλοπες · οἱ δὲ Κύπρον ἢ Θράκην  
 « αὐχοῦσιν · ἄλλοι δ' ἄλλοθεν. Τί μὴκύνω;  
 « Τὸ χρῶμα δ' ἡμῖν οὐχ ἔν ἐστιν ὡς τούτοις.  
 « Ἄλλοι μὲν ἡμῶν μέλανες, οἱ δὲ τεφρώδεις ·  
 15 « ἔνιοι δὲ λαμπροὶ καὶ διάργεμοι στήθη,  
 « ἄλλοι δὲ λευκοί · πῶς ἂν οὖν δυνηθείην

Conf. Coray. Fab. 359, p. 235, 410;  
 Knochius fragm. 13.

2. A, ἠρέθη.

3, 5. A plene distinguit post ἐπιστή-  
 μων, et mox post ἐνεδρεύσει. Sententia  
 mutari distinctionem poscebat. Et divi-  
 sim scripsi ἐν ἐδρεύσει. Rarum est voca-  
 bulum.

8. Fabula collata : ὑμῶν γὰρ τὸ γένος  
 καὶ ἡ χροὰ πάντων ἐν ἐστίν. Est mendum  
 in ὑμῶν manifestum. Forsan λύκων, vel  
 τῶν πολεμίων, vel aliud ejus significatio-  
 nis vocabulum.

9. A, ὁ ἐ ἦλθον.

10. A, οἳ δ' Ἀκαρνάνων.

14, 15. Suidas v. διάργεμοι· πῇ μὲν

## LXXXV.

## CANES ET LUPI.

Canibus quondam simultates cum lupis intercesserunt. Electus autem fuit canis Achæus qui caninæ genti imperitaret. Atque ille pugnæ sciens cunctabatur, tricabatur.

Ceteri autem minis increpabant ni castris tandem progrediretur. « Sedendo bellum quapropter prorogem, audite » inquit, « quidque præcaveam. Oportet vero semper præmeditari. « Hostium gens cunctorum quos video una est; e nostris vero « hi ex Creta, ex Molossis illi; sunt et Acarnanes hice, « alii Dolopes; alii Cyprum jactant suam vel Thraciam; alii « adsunt aliunde. Quid edisseram verbosius? Et color nobis- « non est unus perinde atque istis. Nostrum nigri sunt quidam, « quidam cineracei; nonnulli rufi ac pectus bicolores; candidi « alii. Quo possim igitur modo ad bella ducere non concor-

λευκοί, πῇ δὲ μέλανες· « Ἄλλ' οἱ μὲν ὕμῶν μέλανες, οἱ δὲ τεφρώδεις· "Ἔτεροι ξανθοί, καὶ διάργεμοι στήθη». Kusterus inseri volebat δὲ ante ξανθοί, quod lex vetat metrica. Gaisfordus, e fabula collata, ἔτεροι δὲ πυρροί Babrio redonabat. Equidem servare debui λαμπροί, cujus πυρροί

videtur esse interpretamentum. Nam quamvis sæpius λαμπρός idem sit τῷ λευκός, potest et de ξανθῷ et πυρρῷ intelligi. Alios duos versus, a criticis ad hancce fabulam ex Suida relatos, videsis supra suo proprio loco Fabula XXXI, vss. 9, 10. Cf. Burges. Diar. Cl. 25, 24.



« εἰς πόλεμον ἄρχειν » εἶπε, « τῶν ἀσυμφώνων  
« πρὸς τοὺς ὅμοια πάντ' ἔχοντας ἀλλήλοις ».

Συμφωνία μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώποις·

20 τὸ δὲ στασιάζον, ἀσθενές τε καὶ δοῦλον.

## ΠΖ.

## ΑΛΩΠΗΞ ΟΓΚΩΘΕΙΣΑ.

Κοίλωμα ρίζης φηγὸς εἶχεν ἀρχαίη.

Ἐν τῇ δ' ἔκειτο ῥωγὰς αἰπόλου πῆρη,

ἄρτων ἐώλων πᾶσα καὶ κρεῶν πλήρης·

ταύτην ἀλώπηξ εἰσδραμοῦσα τὴν πῆρην,

5 ἐξέφαγε· γαστήρ δ', ὥσπερ εἰκὸς, ὠγκώθη,

στενῆς δὲ τρώγλης οὐκέτ' εἶχεν ἐκδύναι.

Ἐτέρα δ' ἀλώπηξ, ὡς ἐπῆλθε κλαιούσῃ,

σκώπτουσ' « Ἀνάμεινον » εἶπεν, « ἄχρι πεινῆσης·

« οὐδ' ἐξελεύσῃ πρότερον ἄχρι τριαύτης

10 « τὴν γαστέρα σχῆς, ἡλίκην ὅτ' εἰσῆις ».

Ὁ μῦθος παραινεῖ μηδαμῶς σπεύδειν τινὰ πρὸς πλεονεξίαν  
τοῦ πέλας, γινώσκων ὅτι τὰ χαλεπὰ τῶν πραγμάτων ὁ χρόνος  
διαλύει.

19. P. Syrus 275 : « Ibi semper est victoria ubi concordia ».

Fab. LXXXVI. Conf. Coray. Fab. 158, p. 95, 350; Knochius Fragn. 19; Dio Chrys. Or. 47, p. 232.

2, 3. Suidas : ῥωγὰς, ἡ διεβρώγυϊα·  
« Ἐν τῇ δ' ἔκειτο ῥωγὰς αἰπόλων πῆρα  
ἄρτων ἐώλων πᾶσα καὶ κρεῶν πλήρης ».

3. Suidas : ἔωλα, τὰ χθεσινά· καὶ ἔω-  
λον ὁμοίως τὸ ψυχρὸν... τὸ εἰς τὴν ἔω  
λειπόμενον· « καὶ ἐώλων κρεῶν πλήρεσι ».  
Correctionem fecit Tupius, e præce-  
dente loco. Conf. Fab. 106, 16, 28.

4. Apud Theocritum 1, 49, vulpes  
sic peræ insidiatur rustici pueri : ἃ δ'  
ἐπὶ πῆραν Πάντα δόλον τεύχουσα...

« des », inquit, « adversus hostes quibus sunt inter se cuncta communia »?

Concordia summum est mortalibus bonum; quod vero discors, debile est ac servum.

## LXXXVI.

## VULPES INFLATA.

Cavam radicem fagus habebat antiqua. Ibi jacebat lacera caprarii pera, tota panum hesternorum et carnum plena.

Quam cursu vulpes subiens, cuncta devoravit; ac venter, ut par erat, intumuit.

Arcto quum jam non posset exire foramine, vulpes alia quæ supervenerat ejulanti, « Exspecta », cavillans inquit, « tamdiu dum esurias; nec prius egredieris quam talis fiat » venter tibi, qualis ingredienti fuit ».

Suadet fabula ut nemo omnino tentet præcellere proximo, gnarus scilicet rerum ardua diem delere.

6. Τρώγλης) Vid. n. ad Fab. 31, 17. Dio Chrys. l. 1. : ἡ ἀλώπηξ, καταφαγοῦσα τὰ κρέα, οὐκ ἐδύνατο ἐξελθεῖν ἐκ τῆς δρυὸς διὰ τὸ ἐμπλησθῆναι. Reiskius, ignorato loci fonte, valde impeditur, nec se extricat.

10. Fabulæ Ignatii, quam exhibuit Corayus, aliam reperi recensionem in

codice 2991 A hancce : Βάθει δρυὸς πεινῶς ἀλώπηξ εισέδου· Ἡ, πρὸς κόρον φαγοῦσα σῖτα ποιμένος, Οὕτω προκύπτειν εἶχεν. Εἶτα φησί τις· « Θέλεις προελθεῖν; ὥσπερ εἰσῆλθες γενοῦ ». Imo γίνου, ut sit in consueta syllaba tonus.

Affabulatio alii potest convenire fabulæ, non huic.

## ΠΖ'.

## ΚΥΩΝ ΚΑΙ ΛΑΓΩΣ.

Κύων λαγῶν ἐξ ὄρου ἀναστήσας,  
 ἐδίωκε δάκνων αὐτὸν, εἰ κατειλήφει.  
 μεταστραφεῖς δ' (ἔσαινεν ὡς φίλῳ ψαύων).  
 Ὁ λαγῶς « Ἀπλοῦν » δ' εἶπε, « θηρίον γίγνου.  
 5 « Φίλος εἶ; τί δάκνεις; ἐχθρὸς εἶ; τί οὖν σαίνεις »;  
 Ἀμφίβολος οὗτός ἐστι νοῦς ἐν ἀνθρώποις,  
 οἷς οὔτ' ἀπιστεῖν ἔχομεν, οὔτε πιστεύειν.

## ΠΗ'.

## ΚΟΡΥΔΑΛΟΣ ΚΑΙ ΝΕΟΣΣΟΙ.

Κορυδαλὸς ἦν τις ἐν χλόῃ νεοσσεύων,  
 ὃς, τῷ χαραδριῷ πρὸς τὸν ὄρθρον ἀντάδων,  
 καὶ παῖδας εἶχε ληΐτου κόμη θρέψας  
 λοφῶντας ἤδη καὶ πτεροῖσιν ἀχμαίους.

Fab. LXXXVII. Conf. Coray. Fab. 354,  
 p. 228, 229.

3. Α, μεταστραφεῖς δ' ἔσαινεν ὡς φίλῳ  
 ψαύων. ὁ λαγῶς ἀπλοῦν δ' εἶπε . . . Di-  
 stinxi, ut sententia postulare videbatur.  
 Absens δ' posterius nemo desideraret.

F. LXXXVIII. Conf. Coray. Fab. 421,  
 p. 273, 274; Knochius Fab. 20; A.  
 Gellius 2, 29; Avienus Fab. 21.

2. Α, χαραδραίῳ. De qua ave monui  
 ad Theoph. Simocattam p. 208, et nunc  
 non pauca possem addere, quibus ab-

## LXXXVII.

## CANIS ET LEPUS.

Canis leporem, quem ex monte excitaverat, persequebatur, et, si assequeretur, mordebat.

At conversus (blandiebatur alter ut amico, quem tangeret) lepus dicebat: « Simplex sis animal et candidum. Esne amicus? quid mordes? hostis? quid igitur blandiris »?

Ambiguum est ejusmodi ingenium quorundam, quibus nec diffidere habemus, nec fidere.

## LXXXVIII.

## CASSITA ET PULLI.

Quædam inter herbas nidulabatur cassita, quæ charadrio matutina cantibus decertabat, pullosque segetum alebat coma cristatos jam alisque vegetos.

stineo; nam, quod est præcipuum, hodiernum nomen adhuc ignoro. Pro ἀντῆδων lubens scriberem ἀντῆδεν.

3, 4. Suidas: λόφος . . . περικεφαλαία  
« Καὶ παῖδας . . . ἀχμαιούς »· περὶ κε-

ρυδάλου φησί. De κορυδάλῳ ἐπιτυμίδει, cui λόφος in capite, alauda cristata, gallerita, vide ad F. 72, 24, et Kiessling. ad Theocr. 70, 23. Mox vocatur synonymo vocabulo χορυδός.

- 5 Ὁ δὲ τῆς ἀρούρης δεσπότης, ἐποπτεύων,  
ὡς ξηρὸν εἶδε τὸ θέρος, εἶπε· « Νῦν ὥρῃ  
« πάντα λαβεῖν μοι τοὺς φίλους, ἵν' ἀμήσω ».  
Καί τις κορυδοῦ τῶν λοφηφόρων παίδων  
ἤκουεν αὐτοῦ, τῷ τε πατρὶ μηνύει,  
10 σκοπεῖν κελεύων ποῦ σφέας μεταστήσει.  
Ὁ δ' εἶπεν· « Οὐπω καιρός ἐστι νῦν φεύγειν·  
« ὃς γὰρ φίλοις πέποιθεν οὐκ ἄγαν σπεύδει ».  
Ὡς αὖθις ἦλθεν, ἡλίου δ' ὑπ' ἀκτίνων  
ἤδη βέοντα τὸν στάχυν θεωρήσας,  
15 μισθὸν μὲν ἀμνητῆρσιν αὔριον πέμψειν,  
μισθὸν δὲ πᾶσι δραγματηφόροις δώσειν  
εἶπε, κορυδαλὸς παισὶ νηπίοις· « Ὦντως  
« νῦν ἐστὶν ὥρῃ, παῖδες, ἀλλαχοῦ φεύγειν,  
« ὅτ' αὐτὸς αὐτῷ, καὶ φίλοισι, πιστεύει.

Ὁ μῦθος δίδασκει ἡμᾶς ἐπιμελεῖσθαι τῶν οἰκείων, ὅση δύναμις,  
καὶ μὴ καταφρονεῖν, θαρρόυντας ταῖς τῶν φίλων συνδρομαῖς.

13. A, ὡς αὖτις. Sumsi αὖθις ex fabula collata.

15. A, μισθὸν μὲν ἀμνητῆρσιν αὔριον δώσειν, εἶπε κορυδ. Monstrat μὲν periisse versum quem restitui e fabula collata, ubi, μισθὸν μὲν ἀμνητορσιν αὔριον πέμ-

πειν, μισθὸν δὲ πᾶσι δραματοφόροις δώσειν. Blomfieldius maluit scribere ἀμνητῆρσι, quod firmatur prava mei A lectione ἀμνητορσιν. Editorum πέμψειν recepi. Sed displicet id verbum, ut fere malim repeti δώσειν.

Agri autem dominus, culta invisens, ut costas notavit fruges, « Nunc » dixit, « tempus erat cunctos mihi sumere amicos, « ut spicas demetam falce ».

Ac de cristatis cassitæ pullis unus loquentem audiit, narratque patri, quærere jubens in quem ipsos deducet locum.

« Nondum » pater ait, « hora fugæ. Qui enim confidit amicis, non valde properat ».

Ut rursus venit, solisque sub æstu jam fluentem cernens spicam, salarium messoribus cras se missurum, cunctisque daturum mercedem qui gererent manipulos, pronunciavit, teneris dixit cassita pullis :

« Revera nunc, pueri, tempus est aufugere alio, quum « ipse sibi confidit, non amicis ».

Docet nos fabula curam rerum propriarum gerere, quantum valemus, nec eas negligere amicorum confisos auxiliis.

16. A distinguit post ὄντως. Fabula collata probabilissime οὕτως. Servavi tamen quod invenī ὄντως, et illud junxi cassitæ orationi. Favet Suidæ alia recensio, v. ἀμῶν, θερίζειν, παρὰ τὸ ἄμα· Βάβριος· « Νῦν ἔστιν ὄντως, παῖδες, ἐκ

τόπων φεύγειν, "Ὅτ' αὐτὸς ἄμα, καὶ φίλοισι πιστεύει ».

18. A, αὐτὸς αὐτῷ. Scripsi αὐτῷ. Similes correctiones jam feci F. XLIII, 3; LXXII, 8. — In affabulatione inserui θαρβούντας ex fabula collata.

## ΑΡΧΗ ΤΟΥ Α.

## ΠΘ'.

## ΛΥΚΟΣ ΚΑΙ ΑΡΝΙΟΝ.

- Λύκος πότ' ἄρνα πεπλανημένον ποιίμνης  
 ἰδὼν, βία μὲν οὐκ ἐπῆλθεν ἀρπάξων,  
 ἔγκλημα δ' ἔχθρας εὐπρόσωπον ἐζήτει.  
 « Σὺ με τί πέρυσι μικρὸς ὢν ἐβλασφήμεις »;  
 5 « Ἐγώγ' οὐ περυσινὸς, ὃς ἐπ' ἔτος ἐγεννήθην ».  
 « Οὐκουν σὺ τὴν ἄρουραν, ἣν ἔχω, κείρεις »;  
 « Οὐπω τι χλωρὸν ἔφαγον, οὐδ' ἐβοσκήθην ».  
 « Οὐδ' ἄρα πηγὴν ἐκπέπωκας ἣν πίνω »;  
 « Θηλὴ μεθύσκει μέχρι νῦν με μητρώη ».  
 10 Τότε δὴ τὸν ἄρνα συλλαβὼν τε καὶ τρώγων,  
 « Ἄλλ' οὐκ ἄδειπνον » εἶπε, « τὸν λύκον θήσεις,  
 « καὶ εὐχερῶς μου πᾶσαν αἰτίην λύσης ».

Ὅτι τοὺς φύσει πονηροὺς καὶ ἀδίκους οὐδ' εὐλογος ἀπολογία  
 πείθει.

Conf. Coray. Fab. 229, p. 150, 151,  
 378; Phædrus, I, 1.

4. Poterit et legi sine interrogatione:  
 σύ μέ τι πέρ. In simili loco Phædri,  
 « Ante hos sex menses, ait, male dixisti

mihi », vix capio quo potuit consilio  
 « ait » delere vir doct. Quod si displiceret  
 syllaba immerita, quærendum fuit versus  
 deformi claudicationi remedium, scilicet,  
 « ante hosce sex menses », vel

## LXXXIX.

## LUPUS ET AGNUS.

Lupus quondam agnum a grege videns errabundum, non irruit vi rapturus, sed crimen simultatis speciosum inferre moliebatur.

« Tu mihi quid anno, parvulus qui eras, maledicebas »?

« Equidem anno nondum eram, qui sim hocce natus  
« ipso ».

« Nonne arvum, quod habeo meum, tondes dentibus »?

« Viridis nildum herbulæ comedi neque carpsi ».

« Neque fontem exhausisti unde bibo »?

« Ubera adhucdum inebriant me materna ».

Tunc ideo comprehensum mandens agnum, « At non im-  
« pransum » ait, « lupum abire coges, etsi facile cunctas in te  
« meas dilueris criminationes ».

Quod qui sunt ad improbitatem a natura comparati et in-  
justitiam, illos ne speciosa quidem persuadeat defensio.

aliud. Sed satius fuit non tangere ver-  
sum integerrimum.

5. A, ἐγὼ οὐ. Scripsi ἐγὼγ' οὐ, vitans  
hiatum, et inserui ὅς, brevioris versus  
supplementum. Tribreves duos conti-

nuos videsis etiam Fabula XXXVI, 4.

6. A, οὐκοῦν. Scripsi οὐκοῦν.

9. A, μητρώα. Scripsi μητρώη, sequu-  
tus F. 81, 2.

12. A, αἰτίαν. Cf. n. ad F. XLIX, 4.



ζ'.

### ΛΕΩΝ ΚΑΙ ΝΕΒΡΟΣ.

Λέων ελύσσα· τὸν δὲ νεβρὸς ἐξ ὕλης  
 ἰδὼν ἔφησεν· « Ἡμέων ταλαιπώρων!  
 « τί γὰρ μεμηνῶς οὗτος οὐχὶ ποιήσῃ,  
 « ὃς ἦν φορητὸς οὐδὲ σωφρονῶν ἡμῖν »;

Πρὸς ἄνδρα φύσει ὀργίλον καὶ αἰμοδόρον ἐξουσίαν ἀρχῆς κατὰ  
 τῶν ὑπηκόων λαμβάνοντα.

ζΑ'.

### ΤΑΥΡΟΣ ΚΑΙ ΤΡΑΓΟΣ.

Λέοντα φεύγων ταῦρος εἰς ἐρημαίην  
 σπήλυγγα κατέδου ποιμένων ὀρειφοίτων,  
 ὅπου τράγος τις, χωρὶς αἰπόλου μείνας,  
 τὸν ταῦρον ἐμβάντα τοῖς κέρασιν ἐξώθει.  
 5 Ὁ δ' εἶπεν· « Οὐ σέ, τὸν λέοντα δ' ἐκκλίνω.  
 « Ἀνέξομαί σου μικρὰ τῆς ἐπηρείης·

Fab. XC. Conf. Coray. Fab. 348.

F. XCI. Cf. Cor. F. 277; Avianus F. 13.

2. Α, σπήλιγγα· et sic Fab. 95, 33;

106, 5. Suidas: ὀρειφοίτης, ὃ ἐν ὄρει φοι-

## XC.

## LEO ET HINNULUS.

Rabebat leo, quem ex silva cernens hinnulus, « Heu nos  
« miseros »! ait. « Quid non enim iste faciet rabidus, qui ne  
« mente quidem sanus fuit nobis tolerari potis »?

In hominem iracundum natura et sanguineum, potestatis  
licentia in subjectos utentem.

## XCI.

## TAURUS ET HIRCUS.

Leonem taurus quum fugeret desertam in speluncam pasto-  
rum subiit monticolarum, hircus ubi amoto caprario degens  
ingredientem adversis cornibus taurum repellebat.

Cui taurus : « Non te devito, sed leonem. Tuas paululum

των. Sed est ὀρειφοίτων hic et Fab. 95,  
25, ab ὀρείφοιτος.

5. A, ἐξωθῶ, cum varietate marginali  
ἐκκλίνω. Suidas : ἐκκλίνω, αἰτιατικῇ.

« ἐπεὶ παρελθέτω με, καὶ τότε γνώση  
 « πόσον τράγου μεταξὺ καὶ πόσον ταύρου ».

Πρὸς τοὺς τοῖς δυνατωτέροις ἐπεμβαίνοντας δι' ἐπικειμένην  
 αὐτοῖς συμφορὰν.

ζβ'.

### ΚΥΝΗΓΟΣ ΔΕΙΛΟΣ.

Λέοντά τις κυνηγὸς οὐχὶ τολμήεις  
 ἴχνευεν ὀρέων ἐν βαθυσκίους ὕλαις·  
 δρυτόμῳ δὲ μακρᾷς ἐγγὺς ἐντυχὼν πεύκης,  
 « ὦ πρὸς σὲ Νυμφῶν », εἶπεν, « ἄρα γινώσκεις  
 5 « ἴχνη λέοντος, ὅστις ὧδε φωλεύει »;  
 Κάκεϊνος εἶπεν· « Ἀλλὰ σὺν θεῷ βαίνεις·  
 « αὐτὸν γὰρ ἤδη τὸν λέοντά σοι δείξω ».  
 Ὁ δ' ὠχρήσας, γομφίους τε συγκρούων,  
 « Μή μοι χαρίζου » φησί, « πλεῖον οὐ χρήζω·  
 10 « τὸ δ' ἴχνος εἰπέ· τὸν λέοντα μὴ δείξης ».  
 Ὁ μῦθος ἐλέγχει τοὺς λόγους μὲν ἀνδρείους  
 ἐπιδεικνυμένους, ἔργοισι δ' ἀνικάνους ὄντας.

Conf. Coray. Fab. 175; Knochius  
 Fragm. 12.

4. Recte A, πρὸς σὲ v. Confer F. 3, 7.

8. A, ὠχριάσας. Quod mutavi ex

Suidæ loco : γομφίους, τοὺς προσθίους  
 ὀδόντας· « Ὁ δ' ὠχρήσας γομφίους τε  
 συγκρούσας, Μή μοι χαρίζου, φησί.

9. A, οὐ.

« perpetiar contumelias. Nam me prætereat ille, jamque co-  
« gnosces a tauro quantum discrepet hircus ».

In eos qui potentioribus insultant, scilicet oppressis cala-  
mitate.

## XCII.

## VENATOR PAVIDUS.

Leonem venator quidam inaudacior vestigabat per montium  
silvas umbris opacissimas.

Lignatori proceram juxta pinum obuius, « O per te Nym-  
« phas », ait, « nostin vestigia leonis qui hic locorum stabu-  
« latur »?

Lignator contra : « At non sine dis ingrederis. Leonem enim  
« ipsum jam monstrabo tibi ».

Ast ille exsanguis, molaesque collidens, « Ne mihi plus »  
ait, « impertias quam rogo. Vestigium indica; ne monstres  
« leonem ».

Homines criminatur fabula, verbis quidem fortes qui se  
præstant, quum sint rebus agendis impares.

12. A, ἐπιδεικνυμένους, ἔργοις δὲ ἀνι-  
κάνους ἀποφαινομένους. Choliambicum  
reparavi qua valui. Anapæsti duo non  
aliter continuantur Fab. 3, 2 : ἐπὶ σηκὸν

ἀγειν. F. 43, 5 : ἐπὶ τοῖς δὲ κέρασιν. Sed  
duo in uno simul vocabulo magis dis-  
plicent. Fere putaverim hanc affabula-  
tionem non esse Babrianam.

## ΖΓ'.

## ΑΥΚΟΙ ΚΑΙ ΠΡΟΒΑΤΑ.

